265.4.

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

TRACTATVS
DE REDITIBVS
BENEFICIORVM
ECCLESIASTICORVM,

Quo docetur quibus uſibus ſunt impendendi, & quibus perſonis dandi, Coll. Rom. Soc. Jesu. aut relinquendi. Catalog. inscript.

Super cap. Quicquid XVI. quæſt.j.

Authore MARTINO ab AZPILCVETA doctore vulgo Nauarro Cathedrario in ſacra ſacrorũ Canonum facultate primæ functionis olim Salmanticæ, & nunc Conymbricæ iampridem rude donato.

Sermone Hiſpano primum editus & nunc per eundem authorem latinitate donatus.

Ex legato Card. Toleti

Cum priuilegio Pontificis, & aliorum.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum.
M. D. LXVIII.

13 24 M.23

ERRATA.

pag.41. linea 3. lege, Cõtradicere poſsét. p cõtradicere,
& pag.73. linea 2. l. quatuor pro quarto
pag. 82. linea 9. l. addendo alios quingentos pro addito alios quingenteos.
pag. 86. linea 16. l. Carpentaria, pro Capentaria.
& pag.109. linea 17. l. De pretio. ff. &c.
& pag.112. linea 12. l. Adductum pro adducta.
& eadē pag. linea. 16. l. ex eo pro ex ea.
& pag.123. linea 1. l. ad ſexcentas donationes.
& eadē pag. linea. 17. l. Adeo quidem conſtat:
& pag.179. linea 4. l. eadem cauſa. & q.8.
eadem pag. linea 6. dele c. 1.
& pag.209. linea 21. l. exercendam pro exercedendam.
& pag.219. linea 2. l. eo prouiſo pro eo prouiſio
& pag.218. linea 5. l. continetur pro connetur.
& pag.229. linea 10. l. lupanaris pro lupinaris.
pag.231. linea 21. l. quorundam pro quorunam.
pag. 25. linea 12. l. præſtare pro prçſtari.

PIVS PAPA V.

MOTV *proprio &c. Cum ſicut accepimus, Dilectus filius Martinus ab Azpilcueta Doctor, uulgo Nauarrus, nobis nuper exponi fecerit, ſe propria impenſa imprimere uelle opus, quod ipſe confecit, & cuius de reditibus eccleſiaſticis in cap. ultimum decimaſexta quæſtione prima titulus eſt, dubitetq; ne huiuſmodi opus poſtmodū ab alijs ſine eius licentia imprimatur, quod in maximum ſuum præiudicium tenderet: Nos propterea eius indemnitati conſulere uolentes, Motu proprio ſimili & certa ſcientia, eidem Martino ab Azpilcueta ne prædictum opus hactenus non impreſſum & per ipſum à Mag. Sacri Palatij approbatum, imprimendum, per decem annos poſt eius operis impreſſionem à quocunque, ſine ipſius licentia imprimi, aut ab ipſis uel alijs uendi, ſeu in eorum Apothecis uel alias uenale præterquàm à dicto Martino ab Azpilcueta impreſſum uel imprimendum teneri poſſit, concedimus & indulgemus, Inhibentes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam in Italia quàm extra Italiā exiſtentibus, præſertim Bibliopolis & librorū Impreſſoribus, ſub excōmunicationis latæ ſentētiæ, in terris uero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate uel immediate ſubiectis, etiam quingentorum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & inſuper amiſſionis librorum pœnis, toties ipſo facto & abſq; alia declaratione incurrendis, quoties contrauentum fue-*

rit ne intra decenniũ, ab impreſſione dicti operis com putandum, dictum opus hactenus non impreſſum, & per ipſum Martinum ab Azpilcueta imprimendum, ſine ipſius Martini expreſſa licentia (dicto Decennio durante) Imprimere, ſeu ab ipſis uel ab alijs præterquàm à dicto Martino impreſſum & imprimendum uendere, ſeu uenale habere uel proponere, uel ut ſupra habere audeant. Mandantes uniuerſis uenerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorumq; uicarijs, ſeu officialibus in ſpiritualibus generalibus, & in ſtatu temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam Legatis, & Vicelegatis ſedis Apoſtolicæ, ac ipſius Status Gubernatoribus, ut quoties pro ipſius Martini parte fuerint requiſiti, uel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Martino efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnem dicti Martini requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas etiam ſepius aggrauando & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur, Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, Et inſuper quia difficile admodum eſſet præſentem Motũ proprium ad quemlibet locum deferri, uolumus & Apoſtolica auctoritate decernimus ipſius tranſumptis uel exemplis, etiam in ſingulis libris impreſſis, plenam & eandem prorſus fidem ubique tam in iudicio quàm extra haberi, quæ præſenti originali haberetur, & ſic per quoſcunque iudices, tam ordinarios, quàm delegatos, tam in Curia & Italia, quàm extra Italiam iudicari mandamus, nulla ignorantiæ pretenſione admiſſa.

Fiat motu proprio M

OPT. MAX. PIENTISSIMOQ. PIO V. D. N. S.

Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus, in iſta eius mira ſanctitate perſeuerantiam.

HVNC libellum Beatiſſime pater, patrio ſermone, quo utilior eſſet orbi cui ſcribebatur, compoſuimus, eumque, omnium quos terra colit, opt. & max. ſæcularium Monarchæ, ac Regi catholiciſſimo anno proxime elapſo dedicauimus. Qui cum ſui lectione, pleriſq; omnibus eruditis & pijs, ſe rem, totius orbis Chriſtiani clero, utilem & neceſſariã perſuaſiſſet, effecit: quo multi me: ut eum latinitate donarem, rogaſſent, id quod eo libentius feci quòd iam animum ueniẽdi ad Vrbem cõcipiebam, & xeniũ aliquod

de

de hac noſtra, quæ pauperrima eſt penu litteraria, ueſtræ ſāctiſſimæ ſanctitati offer re deſiderabam : & non erat in præſentia ullū aliud, de aliquot potioribus, quæ ob inopiā otii ſub litturis habeo, ab eis exſer tū & manu ultima dolatum. Quare agnoſcens authoris & operis humilitatē, obſcuritatē, & indignitatē: et S. Veſtræ. Sublimitatē, ſplendorem & gloriam, non tantum eam, qua iſthæc ſuprema in terris monarchiā, omnes eam aſſequētes illuſtrat; ſed etiam illam, qua eandem uiciſſim iſta ueſtræ Beatitudinis noua uita, noui mores, nouiſſima & admiranda eius adminiſtratio, tandiu & tot ætatibus inuiſa & deſiderata, huicq; noſtro ſæculo turbulēto adeo neceſſaria, ornāt. Id quale quale eſt, quaſi farre litaturus quam humilime Beatitudini ueſtræ glorioſsimæ offero, tāquàm ſummo redituum eccleſiaſticorum diſpenſatori : conſcius multa in eo contineri, quæ cum ueſtræ S. ardenti ad inueniendam in omnibus ueritatem, amore, & emunctiſsimo ad iudicandum de inuentis iudicio, & animo genuinum beneficiario-

rum

rum ſplendorem, eccleſiæ ſuæ reſtituendi cupientiſsimo, conueniunt. Nec diſplicebunt beneficiariis, qui ea omnia perpenderint. Quoniam licèt per ea, uiæ aliquot tortuoſæ diſponẽdi de reditibus ſuis obſtruantur, aperiuntur tamen aliæ multæ directæ id faciendi, nullibi tam late, nec in tantum eorum fauorem probatæ ac explicatæ.

TRACTATVS DE REDITIBVS BENEFICIORVM ECCLESIASTICORVM,

Quo docetur quibus uſibus ſunt impendendi, & quibus perſonis dandi, aut relinquendi.

Super cap. Quicquid. XVI. q. j. Cuius uerba ſunt hæc.

QVONIAM quicquid habẽt clerici pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debẽt, maxime curandum eſt illis, ut de decimis, & oblationibus, cœnobiis & xenodochiis qualem uoluerint, & potuerint ſuſtentationem impendant.

Aduertendũ in primis, quòd licet prin-

cipium huius capituli, in quod comminiſcimur, Gratianus tribuat Hieronymo ad Damaſum, in nulla tamen epiſtolarum illius ad Damaſum ſcriptarum inuenitur, nec in ea quam ſcripſit ad Nepotianum, licet aliquibus id uiſum fuerit, eo, ut nobis uidetur, quòd pagina penultima hæc dicat. Eccleſiam fraudare ſacrilegiũ eſt, accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis uel cautum eſſe uelle, uel timidum, aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. Sed illa & contenta in hoc cap. non ſunt eadem. At bona eccleſiaſtica eſſe pauperum habet gloſſa Hieronymi ſuper illud Eſaiæ 3. Rapina pauperum in domo ueſtra, ſecundum Thomã 2. Sec. q. 185. ar. 7. arg. 2. qui tamẽ non ponit ea uerba licet eorum ſententia inde colligatur. Idem item Thom. in eod. ar. arg. 3. ait, beatum Hieronymum ad Damaſum Papam ſic ſcribere. Clericos illos conuenit ſtipendiis eccleſiæ ſuſtentari, quibus parentum & propin-

quorum

quorum bona non ſuffragantur. qui autem bonis parentum, & opibus proprijs ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt arripiunt, ſacrilegium committunt, & incurrunt. Attamen in nulla epiſtolarum Hieronymi ad Damaſum ea uerba inueniuntur. Quanuis in .§. fin. huius cap. et in cap. clericos.j.q.2.inueniātur tributa Hieronymo a Gratiano. Innocentius etiam Papa tertius determinat unam quæſtionem in cap.cum Apoſtolica de his, quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu capituli aiens Hieronymum ſcribere ad Damaſum in hæc uerba: ſi aliquando fuerint a laicis male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in uſus tranſierint monachorum, epiſcopo loci præbente conſenſum, conſtabūt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. Quæ tamen uerba in nulla epiſtolarum Hieronymi ad Damaſum inuenias, licet ea poſuerit Gratianus in hoc cap.§.1. Quare opportet dicere Innocentium, & Thomam cum alia magna turba doctorum authoritate Gratiani fuiſſe quoad præ-

dicta tria deceptos, uel certe deeſſe in epiſtolis Hieronymi, quæ nunc extant, aliquã maximi ponderis epiſtolam. Vtcumque tamẽ res habeat ſatis eſt nobis ad comminiſcendum in hoc capitulum, quod multis ſæculis iam inde a Gratiano ab omnibus canonum peritis ſit pro authentico habitum iuxta ea, quæ ſcripſit poſt alios Card. Alexand. in rub. & tit. j. huius celeberrimi libri col. j.

SVMMARIVM.

Bona clericorum, bona ſunt pauperum n. 1.

Liberalitas Chriſtiana erga pauperes maxima omnium totius mundi nationum n. 2.

Corona clericorũ, & monachorũ quid ſignificat. n. 2.

Author quadraginta quinque annis diſputauit, & determinauit hoc n. 3.

S. Thomas ſapientiæ, & ſanctitatis pelagus dux authoris n. 4.

Clerici tria genera bonorum habent. ſ. patrimonialia, eccleſiaſtica, & quaſi patrimonialia n. 5. & quantum differant n. 6.

Bona quaſi patrimonialia iudicantur, ũt patrimonialia, & non eccleſiaſtica n. 7. quia non habent id onus quod eccleſiaſtica n. 8.

Deinde

Deinde notandum bona clericorum eſſe
1 bona pauperum. Cōcordat idem Hieronymus ſupra relatus, & citatus a Thoma ubi ſupra ſuper Eſayam cap. 3. & Auguſtinus in cap. Quod autem 23. q. 7. ibi: Non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus: & Ambroſius in cap. conuenior. ead. cauſ. q. 8. ibi. Quamquam omnia quæ in ea ſunt, ſint pauperum. idem Auguſtinus in cap. fin. 12. q. 1. & Clemens ante illos lib. 2. cap. 29. & 39. de conſtit. Appoſt. At alia ratione dicuntur clericorum, & alia pauperum, & alia Dei & domini noſtri IESV CHRISTI, ut dicetur infra q. 1. n. 19.

Ad declarandum autem hoc capitulum cū annotatione prædicta, & nonnulla loca noſtri Manualiſconfeſſorum, & penitentium, & ad ſatisfaciendum multis alijs extra contenta in illo quæſitis, in gloriā
2 item miſericordiæ, liberalitatiſque Chriſtianæ omnes alias mundi nationū erga diuinum cultum, & pauperes excellen-

tis, ſimul & ad augendum amorem diuinum, deſideriumq; cæleſtium et æternalium, diminuendumque proprium, terrenorumque atque tranſitoriorum in animis noſtris, qui ad ſignificandum nos id procurare coronas capitibus, alij aliis maiores geſtamus. cap. Duo ſunt genera 12. q. 1. et gloſ. ſolennis clem. 2. de uita et honeſtate cleric. uerb. Tonſuram, profundius quam unquam tractabimus hoc elogium clariſſimi, ſanctiſſimique doctoris Hieronymi; per tres quæſtiones, quas frequenter, tum in cathedra, tum extra illam in uariis uariorum regnorum academiis. Primum Tholoſæ, ac Caturci in Galiis, deinde Salmanticæ, ac Conimbricæ in Hi-
3 ſpaniis, & aliis etiam locis diſputauimus, et determinauimus quadraginta quinque annis; a quibus interpretati ſumus canones ſacro ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, cuius cenſuræ quicquid dicetur ſubiicimus ſupplicantes glorioſiſſimæ uirgini matri, ut nobis inpetret lucem & gratiã a filio ſuo theoanthropo rerum-

que

que eccleſiaſticarum proprio domino, quo intelligamus, et faciamus de illis id quod eius diuina, et humana uoluntas requirit, et per ſuam ſanctam eccleſiam ordinauit. perque præfatum Hieronymum doctorem ſanctiſſimum, cui nos comendamus in hoc capitulo ſignificauit. Amen.

QVAESTIO. I.

An mortaliter peccent beneficiarii eccleſiaſtici ſuperflue, aut prophane reditus ſuorum beneficiorum impendentes?

QVAESTIO. II.

An non tantum peccent, ſed etiam ad reſtituendum eos ſint obligati?

QVAESTIO. III.

An poſſint de illis teſtari?

AD primam per quatuor dicta reſpondebimus: Primum ſit deſumptum ex illo
4 magno ſapientiæ, ſanctitatiſque pelago Thoma Aquinate. quolib. 6. ar. 12. & 2a Sec. q. 185. ar. 4. nro cũ primis duce, atq; patrono .ſ. quod bona eccleſiaſtica ſunt duplicis generis. Quædam principaliter applicata eccleſiæ miniſtris, et minus principaliter pauperibus, qualia ſunt maior pars eorũ alia ecõtrario principaliter deputata pauperibus, operibuſque piis, et ſecundario miniſtris, qualia ſunt bona hoſpitalium, et fabricarum eccleſiarum. de quibus clem. Quia contigit. §. ut autem de relig. dom. innouata in concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 19. et ſeſſ. 25. cap. 8. de reform. quæ in titulos beneficiarios non conferuntur. Nam cum in titulos beneficiarios eriguntur fiunt de genere primorum arg. gloſ. receptæ clem. per litteras de præb. uerb. prouideri. Huic autem doctrinæ Thomæ addimus quod horum omnium bonorum alia ſunt immobilia, et mobilia quæſita beneficiis, et hoſpitalibus antequam beneficiariis

et mi-

& miniſtris conferantur. De quibus totus titulus de rebus eccle. non alien. &
5 12.q.2.& l. lex quæ tutores. C. de adminiſ. tutor. alia ſunt reditus illorum annui. de quibus c. Veſtra de locat. & c. Quoniam ne præl. uic. Addimus item quod beneficiarii tria genera bonorum poſſunt habere, puta patrimonialia, qualia ſunt quæ per ſucceſſionem, aut per ſuam induſtriam, & alias artes, aut per donationes, & alios contractus, eo modo quo laici ſibi quærũt. iuxta cap. Epiſcopus 12.q.1. cap. Cum dilectus de iure pat. cap. Quia nos de teſtam. & cap.1.& c. Eixum 12. q. 5. & cap. Manifeſta, & cap. ſint manifeſte 12.q.1. alia eccleſiaſtica, puta ea quæ de bonis ſuorum beneficiorum lucrantur, quales ſunt reditus annui, qui quotannis poſſunt locari, & uendi: de quibus in d. cap. Veſtra & d. cap. Quoniam ne præl. uic. Alia quaſi patrimonialia, puta ea, quæ lucrifaciunt miſſando, & agendo capellanos, uicarios temporarios, prædicatores, confeſſarios, aut alios ſpirituales actus exercen

do. de quibus Innoc. & Hoſt. in d. c. Quia nos & Panor. in cap. Cum in officiis de teſtam. & uterque Card. in ſumma 12. q. 5. & Peruſ. in rub. de teſtam. col. 30. Secundum dictum ſit inter omnes, nemi-
6 ne diſcrepante conuenire, non eſſe quæſtioni noſtræ locum in reditibus bonorum patrimonialium clericorũ, eo quod certum eſt, eos poſſe diſponere de illis, perinde, ac laici de ſuis. cap. Epiſcopi 12. q. 1. & cap. Quia nos de teſtam. ca. Fixum 12. q. 5. non eſt item locus ei in bonis immobilibus, neque mobilibus, quæ inuenimus quæſita, & applicata noſtris beneficiis, quãdo ea nobis conferuntur. Quoniam palam eſt nos peccare mortaliter obligarique ad reſtituendum ſi ea ita impenderimus. cap. Sine exceptione 12. q. 2. & per totam quæſt. & per totum titul. de rebus eccleſ. non eſt item ei locus in reditibus bonorum deputatorum principaliter in hoſpitalia, & alia opera pia d. cle. Quia contingit de relig. dom. renouata per concil. Trid. ubi ſupra. niſi per ſtatuta fundationis, aut erectionis

eorum

eorum deberent in titulos beneficiarios conferri, quod dicimus propter præfatam gloſ. clem. Per litteras de præb. in uerb. Prouideri, quoniam palam eſt, eum qui de huiuſmodi reditibus notabilem quantitatem in uſus ſiue bonos, ſiue malos alios ab his in quos deputata fuerunt, impendit peccare, obligatumq; eſſe iuxta ſententiam omnium doctorum ad reſtituendum per d. clem. Quia contingit.§. Vt autem de relig. dom. & manifeſtius in concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de reform. & facit l.1. & l. legatum .ff. de adminiſt.rer.ad ciuit. pert.

7 Dubium autem eſt, an ſit ei locus in bonis quaſi patrimonialibus, quia Innocentius in cap. quia nos de teſtam. & in cap. quoniam ne præl.uic.ea exæquat reditibus eccleſiaſticis, qui redeunt ex bonis beneficiorum, eo quod reſpectu dignitatis clericalis, & non perſonæ quæruntur. Nobis tamen iuſtius uidetur æquare illa bonis patrimonialibus, quæ frequentior eſt ſententia. quã tenet Cy. in auth.licentiam.C.de epiſcopis & cler.

Pan.

Pan.in cap.Cũ eſſes n.26.& in cap.Cum in officiis de teſtam. quem ſequitur uterque Card.in ſumma xii. q.5. & Perus in rub. de teſtam. col. 31. Primo quidem quia illa conferuntur eis ex bonis temporalibus, uel ſpiritualibus, uti merces laborum, & operum perſonalium eorũ, aut ut compenſatio eorum, quæ alia uia ſibi quærere poſſunt. Innoc.in cap.Quoniam ne præl.uic.ſuas.& quia conferuntur ſine onere ullo expreſſo, neque tacito diſtribuendi ſuperflua pauperibus; quod onus bona beneficiorum habent, ut infra dicetur.

Quin etiã credimus hoc ipſum eſſe dicendũ de illis quæ quæruntur per eos actus, in quos eos ſua beneficia obligant. quale eſt illud quod curio ſe curatus administrando ſacramenta ſuis parrochianis lucrifacit. quale item id quod quærit beneficiarius cuiuſpiam loci ex eo quod aliquis reliquit in miſſas, aut treintenarios (ut uulgus uocat) beneficiario illius loci, quanuis eius perſonam minime noſſet. licet Archiepiſcopus Panormitanus contra

contra ſenſerit, in cap. Cũ in officiis n.8. de teſta. & duo Cardinales id expreſſe probarint, uidelicet Card. S. Xiſti, & Alexand. in ſumma xii. q.5. ſed non iuſte. quoniam non lucrifaciunt eos de bonis ſuorum beneficiorum, quibus ineſt onus ſupradictum dandi ea, quæ ſuperſunt pauperibus, de quo infra late dicetur.

8 Eius denique conditionis erit omne id, quod beneficiarii ſuo labore, perſonalique opera lucrãtur ex aliis quàm de ſuorum beneficiorum bonis ut affirmauit Barbatius in q. 3. pri. par. de præſtan. Card. col. pen. ea ratione quod id in ſtipendium laboris eorum datur. Quæ tamen ratio parum firma eſt, eo quod etiam omnes alii reditus ob eam cauſam eis tribuuntur. Beneficium enim datur propter officium cap.fin. de reſcript. lib. 6. & reditus eius ſunt ſtipendium gloſ. l.ſtipendia.C.de exe.rei.iud. & tex. in cap.ſi officia 59.d.& cap.Quid proderit 61.d.Ratio uero firma eſt quia id tribuitur eis ſine onere ullo expreſſo, aut tacito dãdi ſuperflua pauperibus, quod tamen

tamen habent omnia beneficiorum bona ut infra probabitur ead.q. num. 17.& ſeq. Eſt igitur huic quæſtioni locus in reditibus & fructibus bonorum,& iurium quæ iam ſunt quæſita beneficiis, quãdo ea beneficiariis conferũtur, & ſunt applicata principaliter ad eorum ſuſtentationem, & minus principaliter ad pauperum ſubuentionem. Hactenus de dicto ſecundo.

SVMMARIA.

Beneficiario non licet impendere reditus ſui beneficij niſi in honeſtam ſuam & pauperum ſuſtentatione nu.9. Quanuis primogenia ſiue maioratus habentibus id liceat, cuius differentiæ rationem reddere nequeunt qui &c. nu.10. Reddit autem author.nu.11.

Leges decalogi omnes ſunt naturales.nu.12.

Furtum eſt uti re aliena in uſum, in quem nult dominus.nu.12.

Beneficiarij ſuos reditus prophane inſumentes re aliena contra uoluntatem domini utuntur.n.13.

Leges naturales etiam ſummos Pontifices,& Reges obligant.nu.14.

Lex in ſeptimo & decimo precepto decalogi conten

ta eſt lex naturalis & iuſtitiæ, Quia immediate ponit ordinem dati & accepti exterioris nu.15. Et quare lex charitatis & miſericordiæ non eſt talis nu.16.

TErtium dictum ſit, quòd fere omnes ſequuntur Innocentium, in c.In decorum de ætat.& qualit. quod prius ſen-
9 ſit gloſſa. c.Res.12.q.1.& pulchre reſoluit Card.conſ.110.quatenus ait, non poſſe beneficiarium iuſte impendere reditus ſui beneficii, niſi in ſuos, ſuorumq; neceſſarios uſus, & in remunerationem de ſe bene meritorum, & in pauperum alimoniam, intelligendo tamen per pauperes, non ſolum eos, ſed etiam alia opera pia. ut intelligit Thom.ij. Sec. q.185. ar.7.in corp.q.& ad 2. & in quolib.6.ar.12.& probatur in c. De reditibus, & c. Quatuor.12.q.i.ut ĩtelligitur quoad hoc propoſitum, iuxta ea qua dicentur infra ead.q.nu.60. & 61. Cui conſequens eſt peccare mortaliter eum, qui in alia in ſummit.id quod hoc cap.ſignificat, & late probatur.infra nu.17.Quia multa ſanctæ matris eccleſiæ decreta trãſgreditur.

Quanquã

Quanquam autē fere omnes ſint in hac concluſione, quia uident eam ab eccleſia decretam. Nemo tamen reddit rationem, quæ ſit ſufficiens, ob quam eam ita decreuerit. Et quidem illi qui affirmant clericos eſſe tam integros dominos redituum beneficiorum ſuorū, quàm ſint laici primogeniorum ſuorum, ſiue maioratuum, non poſſunt reddere aliquam, quæ ſatis fundet eam, neque alteram, quæ illam conſequitur. Nempe quòd quãuis laici maioratus habentes, ut plurimum non peccent mortaliter reditus eorum prodigendo, clerici tamen ſic idem faciendo de ſuarum eccleſiarum & beneficiorū reditibus. Quando quidem eos confiteri opportet, neutros eſſe abſolutos dominos bonorum, & iurium e quibus illi redeunt, & utroſque eſſe dominos abſolutos eorundem redituum. Quod credo fuit in cauſa, quare doctiſſimus idemque circunſpectiſſimus D. Dominicus ſotus. lib.10.q.4.ar.3. de iuſt. & iur. magna ordinis dominicani gloria, tam obſcure hac in re loquitur. Nos au-

tem eam & uerbo & ſcripto ante triginta plus minus annos Salmanticæ reddidímus in cap. Relatum 2. de teſtam. & poſtea Conimbricæ ampliauimus in cõmẽto. c. i. & c. cũ ſecundũ de præb. quód per tẽporis penuriam, & nimiam occupatio num copiam nõdum eſt typis excuſſum.

11 Ex qua ratione tota huius materiæ declaratio pendet. ratio igitur radicans & fundans prædictæ eccleſiæ illa eſt .ſ. quod per leges iuſtitiæ naturales & diuinas id eſt prohibitum. Omnia enim decem decalogi præcepta ſunt leges naturales iuxta doctrinam Thomæ receptam 2. Sec. q. 122. ar. ſecundo, & in 3. d. 37. q. 2. ar. quarto ubi communis id tenet, præſertim Maior q. 2. nec ſcotus in effectu quo ad hoc propoſitum diſſentit. Et per conſequutionem ſeptimum de non furando, de quo exod. xx. & glóſ. in cap. Quid in omnibus xxxii. q. 7. & decimum de non concupiſcendo rem alienam erunt tales, iuxta l. i. ff. de furt. At beneficiarius, qui contra prædicta facit, præfata duo præcepta infringit. cap. Pœnale 14.

q.5. Quod quinque fundamentis probatur.

Primum quidem, quod non ſolum ea in-
12 fringit is qui clare furatur, aut rapit, ſed etiam is qui re aliena cõtra uoluntatem domini utitur. §. Placuit inſtit. de oblig. quæ ex delictis. At is qui reditus beneficii ſui contra prædictum eccleſiæ decretum impendit, utitur bonis eccleſiaſticis contra uoluntatem domini illorum, qui illa dederunt, & domini noſtri IESV CHRISTI, & eius eccleſiæ, quæ illa recepit, & tenet. Nam in quarto dicto in ſequenti, a n.17. huius met q. mox clare monſtrabitur, uoluntatem eorum qui eccleſiæ bona (quæ habet) dederunt, & præfati domini noſtri fuiſſe ſupra dictã. ſ. ut miniſtri ſuos reditus ſolum inſumant in ſuam, quæ honeſta ſit, ſuſtentationem, & remunerationem, quæ iuſta ſit ſuorum familiarium, & aliorum de ſe bene meritorum, & in pauperum ſubuentionem. Et ita is, qui eos in alia inſummit, his duobus præceptis contrauenit. l. i. & l. legatum. ff. de admi. rer. ad ciuit.

ad ciuit.pert.& affirmant Laud.& Card. q.2 .i clem. Quia cōtingit de relig.dom.
Secundo quod etiam transgreditur hæc
13 duo præcepta, & leges naturales is, qui re in aliū uſum accepta, utitur in alium, ſicut qui mulam in ſalmāticam commodatam ducit Burgos .§. placuit de oblig. quæ ex delict. At beneficiarii, qui prædicto eccleſiæ decreto contraueniunt hoc faciunt. Quandoquidem reditibus in alium uſum datis, in alium longe diuerſum utuntur.
Tertio idem probatur eo quod etiā infrin
14 git præfata duo præcepta is qui ſuos contractus non ſeruat, etiam ſi Papa ſit, imperator aut rex. cap. i. de probat. qui licet ad ſeruandum ſuas leges humanas cogi nequeant .l. Digna uox .C. de leg. & cap. Propoſuit de conceſſ. præb. Sunt tamen obligati ad ſeruandos contractus cum eis initos uirtute præfati præcepti, quod eſt lex naturalis. At inter eccleſiā, & populum Chriſtianum, qui ei tanta bona contulit, fuit ut mox probabitur contractus ſaltem tacitus, qui tantum
B 2 ualet

ualet quantum expreſſus .l. labeo, & .l. item quia.ff. de pact. ut miniſtri eius id, quod ſuper eſt eis accepta ſua, quæ honeſta ſit, ſubſtentatione tribuerent pauperibus. Cui conſequens eſt neceſſarium eſſe ut eis, & non aliis tribuantur.

Quarto probatur, quia etiam dicta duo præcepta tranſgreditur, qui contra uoluntatem domini ſui detinet alienum in. cap. Sæpe de reſtit. ſpoliat. Tho. 2. Sec. q. lxii. ar. fin. & diximus in Manuali cap. 17. n. 54. Et per conſequutionem, qui quod debet non ſoluit ei cui debet, & qui ſe non exonerat iniuncto ei onere, quando, & quomodo tenetur. Quoniam in effectu eſt alienum accipere aut retinere. d. cap. ſæpe, & Thom. in d. ar. fin. & probat totus titulus .ff. de condit. & demonſt. & l. i. C. de donat. quæ ſub modo. Cui conſequens eſt eum infringere prædicta præcepta, & leges naturales, qui præfata ſuperflua detinet, aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus, ratione cognationis, amicitiæ, uanitatis, aut uitii. Quandoquidem ea, quibus colliguntur

collata ſunt ei cum onere dandi paupe ribus ſuperflua.

Quinto idem mõſtratur eo quod prædicta
15 duo præcepta ſeptimum, & decimum
una cum quatuor fundamẽtis prædictis, quæ ex illis deducuntur ſunt leges iuſti tiæ. Quia omnia præcepta decalogi ſunt tales, ut affirmat.S. Thom. 2. Sec.q.122. ar. primo receptus ab aliis. eædemque ſunt leges diuinæ naturales ſecundum eum receptum .1. Sæc. q. 100. ar. 1. neque abs re.Quia leges immediate ponen
16 tes ordinem inter datum, & acceptum
ſunt leges iuſtitiæ. Ob quod dicit idem Thom. 2. Sec. q. 122. ar.1. omnes decalo gi leges eſſe tales. Dixi autem in media te, quoniam ad hoc quod ſit lex iuſtitiæ non ſufficit ut eum mediate ponat. Si quidem ſunt leges aliquot charitatis & miſericordiæ, quæ etiam ponunt ordinem, quod unus det alteri. Nam per eas tenemur egentibus extreme opitula ri de ſuperfluis naturæ. c. Paſce 86. d. & etiam conſtitutis ingrandi neceſſitate de ſuperfluo ſtatui.c.Sicut hi.47.d.Tho.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

2. Sec. q. 32. ar. 2. ut diximus in Manuali c. 24. n. 3. & 11. Sed quia id mediate faciunt obligando prius ad amandum uel miſerendum quam ad dandum non ſunt leges iuſtitiæ, ut ſubtiliter tetigit idem Thom. receptus 2. Sec. q. 122. ar. 1. ad. 1. Et in confeſſo eſt iniuſtitiã eſſe peccatum mortale. Thom. receptus 2, Sec. q. 59. ar. 4

SVMMARIA.

Beneficiarij non ſunt domini directi neque utiles bonorum Eccleſiaſticorum n. 17. Quæ dicuntur patrimonium CHRISTI *& quare nu. 18. & cur dicuntur bona clericorum, & cur pauperum. Et quod ſunt ſacra neque poſſunt alienari n. 19*

Beneficiarij ſunt procuratores & diſpenſatores bonorum Eccleſiaſticorum maiores quam uſuarij, & minores quàm uſufructuarij n. 20. etiam quo ad reditus eorum n. 26.

Papa non eſt dominus bonorum Eccleſiaſticorum, quia ſolus Deus & dominus noſter IESVS. CHRISTVS *eſt dominus eorum. n. 21.*

Bona Eccleſiaſtica largita fuerunt cum onere tribuendi ſuperflua pauperibus n. 22.

Decimas

Decimas cur appellat. S. Auguſtinus tributa egentium &c. n. 23.

Bona clericorum quare in hoc cap. dicuntur bona pauperum n. 24.

Bona Eccleſiaſtica, qui male inſummit maledictus, & ditare cognatos ex illis contra Concilium Tridentinum .n. 29.

Teſtari non poſſunt clerici de his bonis, neque etiam Papa. nu. 27.

Epiſcopus pauperem ſupellectilem, & menſam ſimplicem habeat nu. 28.

Clericus non ueſtiatur ſericis ueſtibus, neque uario colore, neque ſellas habeat precioſas, neque donet diuiti fructus beneficij quod impetrauit ei nu. 29.

CHRISTVS inmortalis iam, & non egenus, non eſt minus liberalis erga pauperes quam cum mortalis erat & egenus. nu. 30.

Bona qui donarunt Eccleſiis cum eſſent humiles & temperantes nolluerunt efficere ſuperbos neque prodigos. nu. 31.

17 QVartum principale dictum ſit per multas rationes affirmari poſſe, quod prædicta bona, ſuper quibus fundata ſunt ſacerdotia ſeu beneficia, quæ habemus donata ſunt Eccleſiæ

cum eo modo & onere expreſſo aut taci to,ut ea quæ miniſtris eius ſuſtẽtatis honeſte, ſuperfuerint, inſumãtur in paupe-
18 res. Prima earũ ſit quod beneficiarii non ſunt domini directi neque utiles bonorum eccleſiaſticorum ſecundum omnes, quia id non pauci ſacri canones dictant. cap. Quod autẽ 23.q.7. ibi non ſunt noſtra, ſed pauperum, quorum procurationẽ gerimus. cap. Cõuenior. ead. cauſ. q.8. & cap. pen. & fin. 12.q.j.& cap. Edoceri de reſcript.& cap.2.de Donat.& alii multi & Clemens ante illos lib.2.cap.29 & 39.de Conſtit. Appoſt. Tum quod dicuntur patrimonium domini noſtri IESV CHRISTI non quidem eo quod alia omnia non ſint eius. Quia domini eſt terra & plenitudo eius pſal. 23. ſed quia nemo alius eſt dominus eorum. Et ideo in nullius bonis dicũtur.§. Nullius inſtit de rerum diuiſ. Tum quod ſingulariter ait Innocentius frequentius receptus, in cap. Cum ſuper de cauſa poſſ.& propr. uerum omnium bonorum eccleſiaſticorum dominium eſſe penes eum

ſolum.

19 ſolum. Quod efficaciter probat Panor. relatis aliis opinionibus in cap. Cum eſſes de teſtam. num. 29. & aliis locis citatis per Dec. in ca. Conſtitutus de reſcrip. num. 5. ubi pulchre illius dicta componit. Et iura, quæ habent illa eſſe prælatorum, aut beneficiariorum, intelligenda ſunt quoad gubernationem uel adminiſtrationem. Et ea, quæ habent illa eſſe pauperum, intelligenda ſunt quoad eorum ſuſtentationem. Itaque dominus eſt IESVS CHRISTVS; gubernator autem inſtar procuratoris & tutoris cum facultate ſe de illis alendi beneficiarius; pauperes uero, tanquam quibus eorum reditus deductis oneribus debentur. Et ob hoc dicuntur ſacra quartæ ſpeciei rerum ſacrarum, ſecundum Thom. 2. Sec. q. 99. ar. 3. & ideo dicuntur eſſe nullius. §. Sacræ in ſtit. de rer. diuiſ. l. inter ſtipulantem. §. Sacram de uerb. oblig. Et qui ea furatur aut rapit dicitur ſacrilegus cap. Prædia 12. q. 2. neq; illius prælatus ea poteſt alienare tanquã eorum dominus cap. Sine exceptione

12.q.2.

12.q.2 ca. Nulli de rebus eccl. non alien. Quanuis id poſſit tanquam procurator & adminiſtrator cum cauſa & ſolemnita
20 te iuſta. Tum quia genuinus ſacris canonibus mos eſt uocare nos procuratores & diſpenſatores. cap. Quod autem 23. q.7. cum aliis ſupra citatis; licet aliquot authores nos uocent uſuarios, & aliquot uſufructuarios, ſed non recte, ut tangit gloſ. ſingul. ubi late Pan. & An.ſic. in c. fin. de pecul. cle. eo quod maior eſt nobis facultas, quam uſuariis, qui ex re in qua uſum habent, nihil capere poſſunt præterquam in ſolum uſum quotidianum inſtit. de uſu & habit. in princip. Et minor quam uſufructuariis. Quoniam illi poſſunt donare & relinquere in uita & morte licite ſuos fructus cuicunque uoluerint. Inſtit. de uſufru. in princip. & melius inſtit. de uſu & habi. §. j. ſine ullo paupertatis aut pietatis intuitu ob ſolam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem, nos uero minime. Quod palam declarat poſt alios
21 concil. Trid. ſeſſ.25. cap. i. de reformat.

Quinimo

Quinimo Caietanus expreſſit 2. Sec. q.43. ar. 8. pro quo, textus optimus in cap. Non liceat Papæ 12. q. 2: per quod idem ibi ſenſit Arch. & Dec. in cap. Epiſcopus col. 2. de præb. imo etiam Panor. & Dec. in d. cap. Conſtitutus: expreſſit inquam Caiet. Papam non eſſe illorum dominum, ſimul inferens ex eo quandam grauem concluſionem, quæ apud eum uideri poteſt. Subditque paria eſſe effectu dicere, illa eſſe Dei, uel IESV CHRISTI, uel eccleſiæ. Cum ergo hæc omnia ſic ſe habeant, quis audeat dicere non eſſe pauperibus plus iuris in eorum reditibus, quam in ſecularium bonorum? Quis dicet ego ſum tam liber eccleſiæ redituum dominus quam dux redituum ſui ducatus? Quis affirmet IESVM CHRISTVM, qui eorum unicus dominus eſt, adeo eſſe cura uacuum in prouidendo pauperibus, nũc quoando eſt ditiſſimus & regnat immortalis, quam plenus erat, quando uitam uiuebat mortalem, & non habebat ubi caput reclinaret? Quis dicet maieſtatem

eius

eius diuinam, qui omnibus dixit Luc. 2. quod ſuper eſt date pauperibus, non uelle ut ſua propria bona habeant proprium eos alendi onus? At ne quimus dicere illis eſſe aliud niſi prædictum, ergo habent illud.

Secunda ratio eſt, quod illa propria bona,
22 quæ poſt aſcenſionẽ domini donata fuerunt Apoſtolis in hunc finem, & cum hoc onere data fuerunt, & in hunc uſum impenſa, ut per Apoſtolorum acta conſtat. Actor. cap. i. & 2.

Tertia ratio quod beatus Clemens Papa ſimul & martyr, diſcipuluſque beati Petri in lib. 2. cap. 29. de conſtit. Appoſt. expreſſe ait; Decimas & primitias in hoc fuiſſe datas eccleſiæ in hæc uerba. Homo Dei .ſ. epiſcopus, quæ ex decimis & primitiis ſecundum mandatum dei dantur recte diſpenſet orphanis, uiduis, afflictis, & peregrinis egentibus, ut qui habet Deum harum rerum rationem repoſcentem. Et paulo poſt, omnibus egentibus cum iuſtitia tribuentes (pondera hoc uerbum iuſtitia, quo ſignificatur,

hoc

hoc præceptum eſſe iuſtitiæ non miſericordiæ;) ipſiquæ his utentes; ſed non abutentes, comedentes de his, ſed non ſoli uorantes, egeniſque impertientes. Et in lib. 8. cap. 39. per hæc uerba; Etiam præcipio decimas offerri ad uictum reliquorum clericorum, uirginum, ac uiduarum, & his qui ſunt paupertate oppreſſi. Et lib. 2. cap. 39. per hæc uerba: Dabis iuſta ſua, te enim dare opportet illum uero diſtribuere tanquam œconomum, & diſpenſatorem rerum eccleſiaſticarum. Pondera uerbum œconomũ & diſpenſatorem.

Quarta ratio quod beatus Auguſtinus, in
23 cap. Decimæ 16. q. i. ibi Decimæ ſunt tributa animarum egentium, & ibi rem a domino pauperibus delegatam, & ita quod pauperes &c. appellat decimas, egentium tributa, partemque pauperibus deſtinatam, præſuponendo multos eorum poſſe fame mori, eo quod qui decimas debet, eas nonſoluit, quorum neutrum eſſet uerum, ſi decimis non eſſet annexum onus, ut ea quæ beneficiariis ſuper

perſuerint diſtribuantur pauperibus.
Quinta ratio quod Sanctus Hieronymus relatus in hoc ipſo cap. ait. Quicquid habent clerici eſſe pauperum 16.q.i. & clarum eſt, quod ut ait Innocentius in cap. Cum ſuper num. 4. de cauſ. poſſ. & propriet. ſupra relatus eod. num. 8. non intelligitur quoad dominium, ſed quoad ius; quod pauperes habent, ut de bo-
24 nis eccleſiaſticis alantur, eo quod onus hoc eſt eis impoſitum: id quod in quatuor locis S. Thom. expreſſit uidelicet 2. Sec. q.87.ar.i.ad 4.ibi Decimæ, quæ miniſtris eccleſiarum dantur, per eos debent in uſus pauperum diſpenſari, & in ar. 3. ad j. In lege noua, Decimæ dantur clericis non ſolum ad ſuam ſubſtentationem, ſed ut ex eis ſubueniant pauperibus; & ita non ſuperfluunt, & in ar. 4. ad 4. ibi. Decimæ debent cedere in ſubuentionem pauperum per diſpenſationem clericorum. Et melius in quolib. 6. ar. 19.
Sexta ratio, quod ſexta Synodus in cap.
25 Appoſtolica 12. q. 2. de his ipſis rediti-
bus

bus agens, decernit eos eſſe ad utilitatem miniſtrorum, & ob eſcam paupe-rum, & peregrinorum ſubſtentationem. Et Symachus Papa in cap. Indigne, ead. cauſ. & q. maledicit eum, qui hæc bona male impendit eo quod ſubſtantiã pauperum contra fas diſpergit. Et conciliũ Antiochenſe cap. epiſcopus 12. q.i. clare habet, quod quanuis epiſcopus de ſui patrimonii reditibus ad libitum diſponere poſſit, non tamen de eccleſiaſti
26 cis. Quin & concilium Trid. in ſeſſ. 25. cap.i. de reformat. id quod antea dixit Bernardus late relatus a Dioniſio in lib. contra pluralita, art.8. interdixit epiſcopis, & aliis beneficiariis, etiam ſi Cardinales ſint, ne ſuos cognatos aut familiares de reditibus eccleſiæ augeãt, quod utique non feciſſet, ſi non intellexiſſet in eſſe illis onus tribuendi ſuperflua pauperibus.

Septima quod multa concilia multi ſummi pontifices, ac ſancti uocant beneficiarios procuratores & diſpenſatores. cap. Quod autem 23. q.7. ibi. Non ſunt noſtra,

ſtra,ſed pauperum,quorum procuratio-
nem gerimus. cap. Conuenior ead.cau.
& q. cap. Epiſcopus cap. pen. & fin. 12.
q.1. cap. Edoceri de reſcript. cap. 2. de
Donat. & cap. Epiſcopus 14. q.1. & alibi
ſæpe, imo Clemens ante illos lib.2.cap.
29. & 39. Et non ſolum quoad dominiũ
Eccleſiaſticorum, ſuper quibus benefi-
cia ſunt fundata, ſed etiam quoad redi-
tus, & fructus, qui ex illis redeunt. cap.
Epiſcopus. cap.Res 12. q. 1.c. Epiſcopus
14. q. 5.

Octaua quòd ſacri canones negant faculta
27 tem teſtandi beneficiarijs de reditibus
ſuorum beneficiorum cap.1.cap. Ad hæc
cap.Relatum de teſtam.cap.Epiſcopi 12.
q. 2. cap. Fixum 12. q. 5. Adeo quidem
quòd neque ſummus pontifex teſtatur
de reditibus ſui pontificatus. Peruſ. in
rub. de teſtam. col.33.quanquam huma
nis legibus minime ſubijcitur. L. Digna
uox. C. de leg.& cap. propoſuit de con
ceſſ. præb. ſaltem quoad coactionem.
Thom. 1. Sec. q. 96. ar. 5. Quæ facultas
negari non poſſet illis ſi eſſent integri
domini

dómini redituum, & non conferrentur
cũ onere alio, quam ſe ipſos ex eis alẽdi.
Nona quod conciliũ Chartaginenſe rela-
28 tum in cap. Epiſcopus 41. d. & renoua-
tum nuper in Tridentino ſeſſione 25. c.
1. de reformat. habet, epiſcopum habe
re debere pauperem ſupellectilem, men
ſamque ac uictum ſimplicem, & beatus
Hieronimus 44. d. in princip. ait, poſſe
quidem clericum uiuere de altari; non
autem luxuriari. Et alio in loco 41. d. in
principio, nullum clericum ueſte fulgi-
da ut debere; & ante illos beatus Cle-
mens, lib. 2. cap. 28. de Conſtit. Apoſt.
qui mentem Apoſtolorum magiſtrorũ
ſuorum ſatis intellexit, ait, quod Epi-
ſcopi debent eſſe non inanes ſumptus
facientes, non delicati, non ſumptuo-
ſi, ſed expetentes neceſſaria ad reſer-
29 uandam naturam. Et ſeptima Synodus
cap. 1. 21. q. 4. uetuit, ne ullus clericus
ueſte ſerica aut colore uariato ueſtire-
tur. Et ſanctus Bernardus in epiſtola 2.
col. pen. cuidam canonico Lugdunenſi
ſcribit in hæc Verba. Quicquid præter

neceſſarium uictum & ſimplicem ueſtitum de altario retines tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Et paulo ſuperius: De altario non licet comparare aurea frena, ſellas depictas. Et alio in loco, Epiſt. 42. col. 3. Clamant nudi, clamant famelici, neceſſitatibus noſtris detrahitur, quicquid uanitatibus ueſtris accedit. Et magnus ille noſter pater Auguſtinus a quo potuit diſcere Bernardus ait, in ſermo 37. ad fratres in eremo, clericus qui ſui beneficij fructus tribuit diuiti, eo quòd ipſe illud ei obtinuit, quanuis in hoc mundo nôn caſtigetur, in alio tamen æterno igne non carebit. Et proſper, in cap. Paſtor 2. q. 1. addit, Diuites qui accipiunt aliquid a beneficiarijs non ſine grandi peccato accipere. Quæ omnia plane ſignificant, clericorum reditibus aliquod grande onus eſſe annexũ; ob quod nôn poſſunt tã libere uti illis quàm laici ſuis. Et cum non ſit aliud niſi prædictum diſtribuendi pauperibus ſuperflua, conſequens eſt illud eſſe illis annexum.

Decima ratio, quòd omnia hæc bona ſunt 30 ut prædictum eſt ſolius domini noſtri IESV CHRISTI, quem credendum eſt, uelle ut tanta uel maior liberalitas exerceatur de bonis, quæ data ſunt ei poſtea quàm uiuit immortalis, quàm de his, quæ data fuerunt ei dum eſſet mortalis. Nam qui cum egeret, non cupiebat mortalia, qui regna daturus erat cæleſtia; ut habet Himnus Epiphaniæ, non cupiet poſtquam habet & dedit tanta cæleſtia. arg. a maiori c. Cum in cūctis de electione Auth. Multo magis C. de Sacroſ. Cū ergo tunc uoluiſſet ut, quod ſupererat, ſe ſuisq. miniſtris ſuſtentatis, daretur pauperibus, credendum eſt, nunc quoque uelle, ut quod ſuper eſt ſuis miniſtris ſuſtentatis, tribuatur eiſdem: quando quidem non eſt illi ulla re opus.

Vndecima quòd non eſt ueriſimile quòd illi antiqui, fideles tam religioſi, tam humiles, modeſti, & temperantes, qui ſua bona ob amorem Dei, & animarum ſuarum ſalutem dederunt eccleſiis, ea mente illa dediſſe ut clerici ſumptuoſe come

damus, & bibamus, colendo gulam quã illi oderunt, neque ut nos & noſtras domos, familias, parietes, lecticas, & mulas ſplẽdide ueſtiamus, humanũ honorẽ adorãtes cũ ambitione & ſuperbia, quas illi pro humilitate & modeſtia contẽpſerunt, neque etiã ut grandes maioratus inſtituamus, aut cognatos noſtros magnificemus. cũ illi noluiſſent illa donare ſuis ut Deo donarent, neq; ut theſaurizemus in terris, id quod imitando eos theſaurizare debemus in cælis, ſed ut eccleſiæ miniſtri primum, deinde pauperes alantur.

S V M M A R I V M.

Eccleſiaſtica bona per diuiſionem ſubſecutam non fuerunt effecta magis clericorum quàm anteà fuerant n. 32. Et quare. nu. 33.

Augendi gratia quod fit non operatur diminutionem n. 33.

D. Franciſcus a Nauarra Archiepiſcopus obijt pauper eo quòd ſua pauperibus erogarat. n. 34.

Monaſterium ſanctæ crucis Conimbricæ quondam ditiſſimum, nunc etiã per quàm reformatum. n. 35.

Finem ob alium relictum non mutatur in alium ſine aliqua ſuprema poteſtate n. 37. & 38.

Rex Philippus religioſiſſimus & iuſtiſſimus, quæ in re homine maior n. 37. & 38.

Diuiſio bonorum eccleſiaſticorum uel iniuſta uel ad hunc finem facta. n. 39.

Canonici tenētur inſummere ea quæ ſuperſunt in his, in quibus Epiſcopi debuerant ante diuiſionem, nec de his teſtari poſſunt n. 39.

Intellectus uerus cap. fin. de his quæ fi. a maio. part. cap. n. 40.

Confirmatio per ſolutionem argumentorum aduerſæ partis & in primis primi.

DVODECIMA ratio quòd non obſtat ſupra ſcriptæ concluſioni primum aduerſariorum argumentum, cuius fundamētū eſt. Beneficiarios ſuorū redituū dominos abſolutos eſſe: Quoniam id falſum eſt ut paulo ſuperius a n. 17. & ſeq. oſtendimus, & fundamento eorum, qui id aſſeruerunt inferius, in q. 2. a n. 14. copioſe reſpondemus.

Confirmatio per ſolutionem ſecundi argumenti aduerſæ partis.

32 DECIMATERTIA, minus obſtat ſecū dū argumētū. ſ. quòd per dictorū bo

norum uel fructuum & redituum eorum diuiſionem poſtea factam in tres uel qua tuor partes. cap. Vobis. cap. Quatuor. cap. de Reditibus 12. q. 1. aſſignata uide licet una epiſcopis, altera clericis, tertia fabricis, & quarta pauperibus, effecti fuerunt adeo ſuarum partium ueri domini Epiſcopi & alii beneficiarii, ut pro libito poſſent eas inſummere. Quia
33 id etiam falſum eſt, primo quidem quòd non fuit hic earum finis, ſed longe alius uidelicet auferendi rixas, diſſidia & lites, quæ inter epiſcopos, capitula, fabricarios, & eleemoſinarios, accidere ſolerent. Quoniam cum uniuerſa bona ſoli epiſcopi adminiſtrarent, ut tradit Sanctus Clemens. lib. 2. cap. 28. & cap. 29. & affirmat Anacletus, in cap. Præcipimus 12. q. 1. minimeq; exhiberent beneficiariis & reliquis congruam quam debebant portionem, ut idem quoque Sanctus Clemens. in d. cap. 28. & 29. ſignificat, iam hoc tēporibus ſuis in uſu fuiſſe. Neceſſe fuit ut bona eccleſiaſtica diuiderentur ad diſcordias ſedandas, quas

rerum communio frequentiſſime ſolet importare. L. Cum pater.§.Dulciſſimis ff. de leg. 2. cum alijs citatis ibi a gloſſa & doctoribus, & Geneſ. 13. facta eſt rixa inter paſtores. Deinde quod diſpoſitum ad diminuendum non debet inducere augmentum.l. Legata inutiliter.ff. de adimi. leg. & cap. fin. de uerb. ſignif. ſed prædictorum bonorũ diuiſiones in hoc præcipue factæ fuerunt,ut diminueretur poteſtas prælatis, eccleſiaſtica bona pro libito inſummentibus, & ſæpe nihil uel parum diſtribuentibus canonicis, clericis, fabricis, & pauperibus; ergo non debet illis per eas augeri poteſtas, qua prius carebant. At omnes poſt Thom. 2. Sec. q. 185. ar. 7. & quolib. 6. ar. 12. fatentur non fuiſſe prius illis poteſtatem aliam quàm uictum & ueſtitum honeſtum ſibi deſumendi,& reliqua pauperibus erogandi. Ergo nec poſt eas diuiſio
34 nes habebunt. Tertio quod eadem quoque cauſa perſuaſit, ut multæ diuiſiones ætate noſtra fierent inter Abbates, Priores, ſuoſque conuentus & hoſpitalia

nonnullorum monaſteriorũ opulentiũ, quæ per ſolos prælatos gubernabantur, & in his illa, quæ pridem facta fuit in illo noſtro celebri cænobio Roncæ uallis, quam præcibus & efflagitationibus noſtris motus, fecerat ille longe ſelectiſsimus Prior prole regia natus, ut ingenio, uirtuteque Apoſtolica præditus D: Franciſcus a Nauarra, qui nuper Valentiæ Archiepiſcopus uita functus eſt pauper, ut pauperibus ſubueniret. Quod illuſtre illud monaſterium cum hoſpitali genera-
35 li ſibi annexo ſeruauit ac ſeruat. Eadem item cauſa & ratio fuit diuiſionis in illuſtri monaſterio ſanctæ crucis Conimbricenſis, quod ut quondam totius fere Europæ monaſteriorum canonicorum regularium opulentiſsimum fuit, ita nunc eſt omnium reformatiſſimum. Eadem etiam cauſa fuit aliarum diuiſionũ, quas nos tractauimus. Non ideo profecto ut Abbates, Priores, Canonicique ut libere portiones ſuas prodigerent, ſed ut eorum capitula & conuentus quotiens res ipſa poſtulaſſet eis coram Deo & homi

nibus,

nibus, iuxta cap. Edoceri cum ei latę an notatis de reſcript. obuiare palamq; contradicere quoad portiones, quæ ipſis, hoſpitalitati, pauperibus & fabricis pertinerent. De ſuis uero prælati eã Deo redderent rationem quam antea de omnibus reddere tenebãtur. Itaque prædictæ diuiſiones, quæ ad diminuendum prælatorum adminiſtrandi facultatem factæ ſunt, non fuerunt operatæ augmentũ.
36 iuxta præd. cap. fi. de uerb. ſig. & l. Legata inutiliter. ff. de adim. leg. ad inſumẽdum pro libito portiones ſuas, quod ante illas minime facere poterant. Quarto quod id quod ad aliquem finem uel uſum conceditur aut relinquitur, non
37 debet in alios uſus commutari, neque inſummi, niſi ſuprema aliqua Imperatoris, aut Regis poteſtate id fiat. l. j. & l. Legatum de admin. rer. ad ciuit. pert. Quin etiam ipſi peccarent ſi abſque iuſta cauſa id facerent. Quia contra legem naturæ, quæ uetat ullum ſuo iure ac diſpoſitione ſuæ rei priuari, non poſſent ordinare ſine iuſta cauſa

cap.

cap. 1. de probat. cap. Sunt quidam 25. q. 1, & late notatur in cap. Quæ in eccleſiarum de conſtit. præſertim per Panor. Feli. & Dec. Cuius quidem rei magnum ac rarum exhibet nobis exemplum, ſupremus noſter monarcha Philipphus Rex ſemper auguſtus, nec ob id minus humaniſſimus humanorum tractator, & plus quidem quàm humaniſſimus in
38 ſua illa benigniſſima & sereniſſima interioris exteriorisque hominis compoſitione, una cum illuſtribus ſui ſupremi ſenatus proceribus, non permittendo abſque iuſta cauſa alienationes aut mutationes primogeniorum, & conditiones eorum per primos inſtitutores adiectas. Quinimo non ſufficeret ulla facultas etiam imperialis & regalis authoritas, ad huiuſmodi mutationem faciendam circa relicta ad uſus pios, etiam ſi in alios æquè pios mutare uellent. Eſt in hoc neceſſaria ſpiritualis eademque ſuprema Summi Pontificis. Clem. Quia contingit de relig. domib. & quia ſecularis poteſtas non ſe extendit ad ſpiritualia. cap.

Bene quidem 96. d. & cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Neque illa ſufficeret, quo iuſte fierent, niſi aliqua iuſta cauſa id ſuaderet, id enim eſſet contraire alicui ex quinque ſupra dictis legibus naturalibus. ſuperius relatis nu.10.& conſeq. arg. cap. Non licet Papæ 12. q. 2. tradit Caiet. 2. Sec. q. 43. ar. 8. & Laud. cum Card. q. 2. in d. Clem. Quia contingit. Cum ergo finis & animus eorũ, qui prædicta bona eccleſiis cõceſſerunt, fuerunt ſupradicti adeo pij, non potuerunt neque debuerunt conuerti in alios uſus, præſertim prophanos ſine authoritate ſuprema apoſtolica. Quæ in nulla diuiſionum prædictarum inuenietur ulli ad hoc conceſſa.

Quinto quòd uel eorum intentio, qui hu-
39 iuſmodi diuiſiones primitus induxerũt, fuit iniuſta,(quod credendum non eſt) uel certe fuit,ut unuſquiſque de ſua portione poſſet diſponere illo modo quo ante diuiſionem prælatus poterat de uniuerſis,uidelicet ſuſtentare ſe honeſte, & reliqua pauperibus erogare.Sexto quod

abſurdum eſt, & ideo minime audiendum l. Nam quod abſurdum. ff. de oper. libert. & c. Dudũ. 2. de præb. lib. 6. dicere diuiſionem muneris & gubernationis, quæ uni incumbebat in tres uel quatuor partes factam, iuſtam fuiſſe cauſam, ut fines atq; uſus tam pij in uſus tam prophanos mutarentur. Septimo quod id quod ſubrogatur aut ſubſtituitur alterius loco eandem eius naturam ſeruare debet. Arg. l. Si eũ qui. §. Qui iniuriarum. ff. Si quis caut. cap. Eccleſia ut lit. pend. cum ergo epiſcopo, qui ſolus uniuerſa gubernabat ſubrogati ſunt ipſe atque alij, qui partes aſſignatas eis gubernarent, omnes ſeruare tenentur, id quod epiſcopus ante diuiſionem facere tenebatur; uidelicet ſe honeſte ſuſtentare, & reliqua egenis erogare. Octauo quòd celebris ille Gratianus. §. fin. ſub. cap. Pen. 12. q. 1. qui decretorum medullam antiquorum callebat, perſpicue ait, etiam canonicos in quorum præbendas capitularis portio diuiſa eſt, in earum regimine cum eadem qualitate ſuccedere. Hoc

eſt

eſt ut quæ illis ſuperfuerint debeant egẽ tibus erogare. Quod ipſum omnino ſen ſit D. Bernardus. In Epiſt. 2. col. pen. qui ad quendam canonicum ſcripſit id quod ſuperius allegauimus; uidelicet Quicquid præter neceſſarium uictum & ſimplicem ueſtitum retines, tuum nõ eſt rapina eſt, ſacrilegium eſt. Nono quòd Alex. iij. poſt diuiſionem ab anteceſſori bus ſuis pontificibus inter epiſcopos, ca pitula, fabricas, & pauperes factam, in quadam ſolenni decretali epiſtola reſpõ dit. In cap. Relatum de teſtam. non poſ ſe iure teſtari canonicos de rebus, præbẽ darum ſuarum ratione quæſitis; niſi de reculis aliquibus mobilibus, remuneran dorum ſeruitorum cauſa. idque ſolum ubi conſuetudo id faciendi uiget. Ex quo plane colligi poteſt, intentionem eorum, qui reditus eccleſiaſticos diuiſe runt, non fuiſſe faciendi magis portionũ ſuarum dominos eos, quibus eas appli- carunt, quàm antea epiſcopi fuerant uni uerſorum redituum. Decimo, quòd idẽ colligitur e quodam Innocentii, iii, pontificis

pontificis doctiſſimi ſingulari reſpon-
40 ſo, in cap. fin. de his, quæ fiunt a maiori parte. cap. quod alibi non inueniri ait Pan. in cap. Cum omnes de conſtit. col. 3. & Feli. 8. quo decreuit, fabrica in neceſſitatem adducta, poſſe epiſcopum cum maiori capituli parte, etiam minore repugnãte, e portione capitulari applicare illi quod ei conuenit. Quod tamẽ iuſtificari commode non poſſet, niſi dicamus per prædictas diuiſiones non fuiſſe effectos dominos integros ſuarũ portionum & redituum, ſed ſolum adminiſtratores eorum; ita ut ſe honeſte ſuſtentatis quod ſuper eſſet operibus impenderent piis. Quoniam cum aliquid eſt, ita multorum commune, ut ſingulorum unicuique propria contingat portio tanquàm domino integro, ut contingerent canonicis ſuæ portiones particulares, ſi opinio contraria eſſet uera, tunc maior pars minori non poſſet præiudicare. In re enim quæ communis eſt pluribus ut ſingulis, non poteſt maior pars preiudicare minori l. Per fundum ff. de ſerui.

Ruſt.

Ruſt. præd. L. Sabinus.ff. communi. diuid. Ratioq; germana illius decretalis Innocentii ex hac noſtra communi conclusione facile colligi poteſt: ut pulchre de more colligit Dec. in d. cap. Cum omnes col. 3. Perinde ac hæc noſtra illius ſingulari deciſione dilucidè confirmatur.

S V M M A R I V M.

Eccleſiaſtica bona & nunc & antiquitus conceſſa eandem naturam ſortiuntur. n. 41.
Iudicare diuerſimodè eadem res non debet nu. 42.
Eccleſiaſtica bona non exonerantur oneribus antiquis propter noua. nu. 43. & 46. a quibus nunquàm fuerunt exonerata nu. 44.
Similia ſimiles intendere uidentur n. 45.
Apoſtolicas traditiones æque ac leges diuinas uenerandas. nu. 47.
Frater Gabriel à Toro Franciſcanus laudatur. numer. 47.

Confirmatio per tertii aduerſæ partis argumenti ſolutionem.

1 DECIMAQVARTA ratio quòd multo minus obſtat tertium argumentum

mentum quod habet, bona ſaltem donata, & quæ quotidie poſt Apoſtolos, & eorum diſcipulos eccleſiis donantur minime habitura idem onus, neque conſequenter ſaltem beneficia ſuper eiſdem bonis fundata. Quia hoc quoque falſum eſt. Primo quidem quia omnia bona eccleſiaſtica tam noua quam antiqua ſunt & appellantur patrimonium IESV CHRISTI, cap. Cum ſecundum de præb. cap. Cum ex eo de electo lib. 6. ad quem ſolum eorum dominiū pertinet, Innoc. in c. Cum ſuper de cauſ. poſſ. Deinde quod omnia eiſdem fruuntur priuilegiis. cap. Quanquàm de Cen. lib. 6. & Clem. fin. cum ibi citatis eo tit. Omnia ſunt ſacra quartæ ſpeciei rerum ſacrarum. Thom. 2. Sec. q. 96. ar. 4. & quiſquis ſuffuratur aut rapit eorum aliquid ſacrilegus eſt. cap. Prædia 12. q. 2. Nec ulla regulariter poſſunt alienari. ca. Sine exceptione 12. q. 2. & cap. Nulli de Reb. eccleſ. Cum igitur omnia ſortiuntur eadem priuilegia & honores, par eſt ut eadem quoque ſortiantur onera, l. Secundum

cundum naturam.ff. de reg. iur. Clem. 1. de Cen. Tertio quòd ſimiles ſimilia expetere & aſſectari preſumuntur (cap. 3. Eccleſiaſtici, omnis caro ad ſimilem ſibi coniũgetur, & in Ethicis ſimilis ſimilem quærit, & monedula monedulam.) At hi qui poſt Apoſtolorum eorumque diſcipulorum tempora, bona donant & donarunt Eccleſiis, ſimiles ſunt his, qui ante eos aliquid donarunt eiſdem, ſane fideles, deuoti, humiles & modeſti, ob eaſdemque cauſas id fecerunt, ob quas illi, ob amorem nempe Dei & ſuarum animarum ſalutem. Credendum eſt igitur eos uoluiſſe, ut ab ſeſe donata eadem onera ſecum defferrent, quæ priſcorum dona detulerunt. Hoc eſt, ut miniſtri ſacrorum commodum honeſtumque uictum ex eis excerperent, & reliqua, quæ ſupereſſent pauperibus erogarent. Nullatenusq; in malos aut prophanos uſus effunderent, nec in theſauros congererent, ignorantes cui congregarent ea. Pſ. 38. Quarto quod res eadem non eſt iure diuerſo cenſenda. cap. Quia cognoui-

mus 12. q. 2. cap. In nona 16. q. 7. cap. Eccleſijs de conſecr. d. 1. At eccleſiarum bona noua etiam ſunt unum IESV CHRISTI patrimonium, eodem igitur iure cenſenda ſunt. Quinto quod D. Gregorius. relatus in cap. Quia cognouimus 12. q. 2. qui multo poſt Apoſtolorum eorum diſcipulorum tempora floruit, īſigniter ſtatuit: Omnia per Summos pontifices in bonis eccleſiarum antiquis decreta, fore quoque ſimiliter in nobis obſeruanda. Quandoquidem omnia uetera & noua, una & eadem ſunt ſubſtantia, idemque CHRISTI patrimonium.

Confirmatio per quarti argumenti ſolutionem.

QVINTADECIMA ratio quod nec nobis aduerſatur quod D. Sotus lib. 10. q. 4. ar. 3. de iuſt. & iur. uir alioqui egregius & circũſpectus, in aliud propoſitum plurimum perpendit, nempe multos catholicos poſt Apoſtolorum tempora

tempora, multa donaſſe, donareque quo
tidie certis tãtum adiectis oneribus, quo
illud aut illud fiat, ideoque illarum mi-
niſtros poſſe, de eorũ reditibus, ſolutis
illis oneribus, pro libito diſponere. Quæ
perpenſio nihil prædictis refragatur. Pri
mo quidẽ quòd potius ea cõfirmat quo
ad reditus decimarũ & primitiarũ, quas
clerici uel monachi poſſident, & quoad
bonam partem aliorum prouentuum bo
norum eccleſiaſticorum, quæ conſtat
eſſe antiquiſſima, maximaque pars eo-
rum. Quoniam qui de his nouis hac ra-
tione noua, hoc nouum dicit, negare
uidetur de antiquis, in quibus hæc ratio
ceſſat. cap. Qualis 25. d. & cap. Non nō
de præſump. Confirmat item quoad alia
bona temporalia, quæ Apoſtolorum at
que diſcipulorum temporibus catholici
uiri eccleſiis donarunt. Conſtat enim
idem per eos de ipſorum bonorum redi
tibus atque de ipſis decimis fuiſſe diſpo
ſitum. Confirmat item quo ad reliqua
bona temporalia, quæ nullis omnino
nouis oneribus impoſitis concesſa ſunt
 poſtea

poſtea eccleſiis. Probabile enim eſt quòd cum ob eoſdem fines, eandemque piam deuotionem, ob quas ſui prædeceſſores donarunt, nullis aliis adiectis oneribus, eademq; quæ illi impoſuerunt onera imponere uoluiſſe, nempe ut inde miniſtri ſacrorum ac pauperes alerentur. Secundo ideo non refragatur nobis prædicta Soti perpenſio, quòd maior pars redituum, qui aſſignantur eccleſiis, collegiis, capellis & aliis piis locis noue fundatis à regibus, magnatibus, & aliis, decerpũtur ex eccleſiarum annexarũ decimis. Quas conſtat eſſe antiqua eccleſiarum bona & Apoſtolorum ordine, prædicto oneri addicta, neque ulla ullius, quæ iuſta fuerit, authoritate ab eo exempta. (Qui hanc negatiuam negat proferat affirmatiuam ex aliqua gratia Sedis Apoſt. quæ ſola iuſta de cauſa id facere poteſt, ut prædictum eſt ſupra. n. 38. Neque ulla interuenit cauſa, quò ab eo eximerentur. Qui conſequens eſt neque Pontificem Max. iuſte potuiſſe ab eo eximere. (Per ea quæ in 3. quæſt. dicemus a n. 21. Tertio ideo non

refragatur nobis prædicta Soti perpenſio quòd qui ſuis dumtaxat bonis prophanis aliqua beneficia fundarunt, quæ non ſunt adeo multa, certis oneribus impoſitis; non donarunt maiora bona, quàm quæ ſufficerent miniſtris alendis & oneribus ſubueundis. Quæ poſtea alicubi creuerunt, eo quòd fructus & reditus eorum adaucti ſunt. Eſt enim uериſimile mentem fundantium ſaltem tacitam eam fuiſſe, ut ſi reditus eorum adeo creſcerent, quòd honeſte ſuſtentatis & ſolutis oneribus multa ſuperfluant illa inſumerentur eo modo quo inſumuntur ea, quæ ſuperſunt ex aliis bonis eccleſiaſticis, & non in ſuperfluos & prophanos uſus, neque inde theſaurizarent, neque diuites ditarent, ſed in alendis egentibus. Quæ mens tacita coniicitur ex eo quòd eſt ueriſimile, quòd ſi fuiſſent interrogati, quid ex talibus ſuperfluis fieri uellent, reſpondiſſent (& ita debet haberi pro reſpõſo ar.gl.fin. & receptæ l. Tale pactũ.§.fi.ff.de pact.) ut idẽ fieret quòd fieri deberet de ſuperfluis reliquii patrimonii

IESV CHRISTI Opt. Max. cum eorum intentio fuiſſet ut ea unirentur eidem, eiſdemque fruerentur priuilegijs, ſcientes aut ſcire debentes, neminem alium neque ſæcularem neq; eccleſiaſticum eſſe tam abſolutum eorum bonorum & redituum eorum dominum, quam ſunt ſæculares ſuorum. Et ita conſequenter uoluerunt ſaltem tacite ut eſſent ſubiecta oneribus generalibus, quibus CHRISTI patrimonium ſummittitur. Conijcitur item mens hæc tacita ex eo quod qui aliquam capellam uel aliud beneficium particulare fundat,
46 non cenſetur uelle ea eximere a generalibus aliorum beneficiorum oneribus, ſ. recitandi horas, reſidēdi, & alijs; propterea quòd eis certa onera noua imponāt.
47 DECIMA ſexta ratio quòd traditiones Apoſtolicas ita obſeruare atque uenerari debemus, ac leges diuinas, quando contrarium non reperitur decretum per Summum Pontificem uel concilium, (cap. Eccleſiaſticarum, c. In his. cap. Catholica 11. d. c. Sunt quidam 25. q. i.)
Conſtat

Conſtat autem per Apoſtolorum canones Summos Pont. & Epiſcopos, qui apoſtolis continuo aut ſine longo interuallo ſucceſſerũt, hoc ipſum quod nos dicimus non modo decreuiſſe, ſed etiam obſeruaſſe. (Canone 40. & 41. Ap. qui referuntur in cap. Sint manifeſte & cap. Seq. 12. q. 1. & per Clementem lib. 2. & 8. de conſtit. Appoſt. & per Vrbanum in cap. Videntes & cap. Res, ead. cauſ. & q. per Melchiadem in cap. Futuram ead. cauſ. & q.) Cuius contrarium nunquam neque per concilia, neque per pontifices fuit conſtitutum. Conſequens igitur eſt, ut id debeat obſeruari. Præterea alia non pauca elegantia quidem (licet non adeo neruoſa, ut prædicta) quæ in hoc ipſum perſuadendum per uirum quendam uita, literis, & ſuggeſtu percelebrem (ſcilicet fratrem Gabrielem a Toro egregium Franciſcani ordinis decus in lib. de Theſauro miſericordiæ uaria eruditione referto) diſputantur; pronoſticando paupertatem eccleſiaſticoru m futuram, eo quod minime curant de præ-

 ſenti

ſenti proximorum, quibus ſunt diuites, indigentia. Quam quidem iam uidemus Germaniæ, Angliæ & Scotiæ commorari, & ſeſe Galliæ inſinuare; mittereque in Hiſpaniam heu noſtram incurſores, quam Deus per ſuam ſanctam miſericordiam ab ea eique accidentibus cuſtodiat. Amen.

Per ſuperius diſputata ſatis ſuper ſuperque confirmatum atque defenſum manet quartum principale dictum, nempe quod bona in quibus beneficia eccleſiaſtica fundata extant donata ſunt eccleſiis hoc onere adiecto, ut beneficiarij honeſte inde alerentur; & ſi quæ ſuper ſint egenis aliisque piis operibus ſubminiſtrarentur. Vnde primæ quæſtionis noſtræ deciſio colligitur uidelicet beneficiarios, qui contraria his faciunt peccare mortaliter.

COROLLARIA.

Beneficiarij eccleſiaſtici lege naturali tenentur operibus pijs erogare ſuperflua n. 48.

Pauperibus nulla lege ita conſultum ac Chriſtiana nu. 49.

Decimas, primitias & alia innumera bona habent deputata Chriſtiani cultui diuino & pauperibus n. 50.

Beneficiarij minime retineant auare, quæ eis ſuperſunt. n. 51.

Ludolphus & Dionyſius magnum Cathurſiani ordinis decus n. 51.

Auarus deterior eſt prodigo. n. 52.

E SVPRA ſcriptis omnibus plura corollaria colligi poſſunt, quæ ſuperiorem concluſionem non modo interpretentur & limitent, ſed & admoneant atque ſolentur beneficiarios, qui ueram animæ ſalutem expetunt.

Primum legibus non humanis tantum ue-
48 rum & naturalibus atque diuinis, beneficiarios erogare debere, quæ ſuperſunt pauperibus. Cui cõſequẽs eſt nulla cõſue

tudine

tudine excuſandos, quia illa nihil ualet contra legem naturalem, uel diuinam. cap. Quæ contra cap. Mala. cap. Fruſtra. 8. diſt. cap. In his. i. 1. diſt. ca. fin. de conſuet. Secundum quòd nuſquam in toto terrarũ
49 orbe fuit ulla gens, uel natio probatæ im probatæue legis, aut ſectæ, quæ tã ingentes loculos, ſeu burſã pecuniarũ habuerit paratam cultui diuino, & pauperibus ſicut Chriſtiana. Quæ quidem non ſolum in id dedicauit decimas, prædiales omnium fructuum, ac redituum è terræ cultura prouenientium (cap. Non eſt. c. tua nobis cap. Ex tranſmiſſa, & cap. Cum non ſit de decim. Thom. 2. Sec. q. 87. & quolib. 2. ar. 8. & Hoſt. in ſumma de decim. §. i. de triplici decima. & Pan. in d. cap. Non eſt.) omneſque perſonales lucri cuiuſcunque liciti, mixtas quoque cuiuſque pecudum generis, uenationis, & piſcationis, ea lege ut deducta ſuſten-
50 tatione honeſta miniſtrorum, diuini cultus, prædicationis, & ſacramentorũ omnium egentibus erogentur. Verum & his minime cõtenta habet huic pio operi pa-

ri paratas omnes primitias, & alia innumera bona, terrarum, uinearum, pratorum, montium, uicorum, oppidorum & urbium. Et niſi in aliquibus regnis prohibitum fuiſſet, donare, relinquereue plura bona eccleſiis omnia fere fuiſſent earum. (quod ſatis colligitur ex cap. Clericis de imm. Eccleſiæ lib. 6. & aliquot legibus Galliæ, & Portugalliæ, ubi tam effuſi fuere olim in donando eccleſiis quam nunc parci.) & ad auferendum ab eis proni; & ita perſonales decimæ iam ubique ferme ſubſtractæ ſunt, imo & prædiales in aliquibus regnis, cui magnam uidetur occaſionem præbuiſſe quod palam cernitur, non diſpendi ea in id in quod donata fuerunt. (Nam quod non capit Chriſtus rapit fiſcus, cap. Decimæ 16. q. 1.) Atque utinam alii male in ſumentes, alii male detrahentes, & auferentes non irritemus Deum ad iracundiam, ut de omnibus uindictam, quam meremur ſummat. Imo uero ſua nos afflet gratia ut emēdati ſalui fiamus. Amē.

Tertium non ſolum peccare mortaliter beneficiarios,

neficiarios, qui id quod ſuper eſt e reditibus noſtris prodige in ſummimus, uerum etiam qui auare ſeruamus. Quoniam paulo ſuperius. (ead. q. a n.17.) probauimus, beneficiarios non ſolum humana, ſed & naturali, ac diuina lege obligatos eſſe ad id quod ſupereſt egenis erogandum. Cui quidem obligationi minime ſatisfacimus non inſumendo male, niſi etiam bene erogemus. (Aliud enim eſt ſoluere & tradere, aliud cuſtodire & retinere cap. Sicut hi 47. diſt. & cap. Sæpe de reſtit. ſpoliat.) Hanc eandem concluſionem firmauit celeberrimus ille Io. Gerſon. (In Alphabeto 40. lit.e, Et duo illi æquæ pii, ac docti Ludolphus, in uita Chriſti. p. i.cap. 68. fol.3. lit. e, & Dyoniſius, (in lib. cõtra pluralitatẽ beneficiorum ar.7.ordinis Cathurſiani præluſtre decus. Qui quidem & alii, (Io. a ſilua de benefic.) referunt celeberrimũ illũ & epiſcopum & doctorem Gulielmũ Pariſienſem affirmaſſe, quendã amicũ eius litteris inſigné, qui iã uita functus erat apparuiſſe, dixiſſeq; quòd

una

ūna de trib⁹ cauſis ob quas fuit dānatus erat, quia quod e beneficiorū reditibus ei ſupereſſet pauperibus non erogaſſet. Quartum magnam eſſe beneficiariorum ſocordiam, qui grauiter detrahimus illis, qui ſplendide ædunt ac bibunt, ueſtientes ſe ſumptuosè reditus ſuos impendunt, cum nòſmetipſi miſere uiuentes arcas numis implemus, parum adminaduertentes non tam prohiberi nobis ſumptus prodigos, quàm præcipitur largitio & debita exoneratio (id quod palam ſentit Thom. 2. Sec. q. 119. ar. 3. ad. 1.) neque prodigus ſumptus eſſet peccatum mortale, niſi quia debitam exonerationem præpedit. neque perpendimus quòd D. Bernardus (in epiſto. 2. col. pen.) non tantum carpit canonicum illum Lugdunenſem, quòd e reditibus præbende comparauerat ephippia aurea, ſellas depictas, calcariaque argentea, ſed & quòd præter honeſtum uictū & ueſtitum reditus retineret. Minus enim malum eſt prodigus ſumptus, qui aliquibus prodeſſe poteſt, quàm auara

reten-

retentio; quæ nemini. (Ariſt. 4. eth. & Thom. 2. Sec. q.119. ar.3.) Eſt ergo neceſſe domini, patres, fratreſque ut non modo non prodigamus reditus beneficiorum, ſed etiam ne auare eos retineamus.

SVMMARIVM.

Eccleſiaſtici reditus magni quare minus boni eos habenti, quàm pauci uictui ſufficientes. n. 59. & quare melius eſt ampliores non appetere n. 54.

Beneficium aut epiſcopatum idoneum relinquere ob alium maioris reditus ſine aliqua cauſa peccatum eſt, n. 55.

Mutationes dignitatum Demonium & mundus inquirendas nobis procurant. n. 56.

Auaritia non eſt, partem aliquam congruam redituum neceſſitatibus ueriſimiliter futuris obſeruare. n. 57.

Neque uel numos paulatim congerere magnis & pijs operibus, Et quid tunc fieri debeat num. 57. Ne mors inopina nobis intercedat. n. 58.

QVINTVM decipi uulgus cogitans grande bonum eſſe alicui amplos reditus eccleſiaſticos habere. Primum quia

53 quia magno labore opus eſt, ad ita inten dendum eorum diſpenſationi, ut ob eos Deum non perdat, retinendo uel inſumendo, ubi, quando, quare, & quomodo nõ debet. Deinde quòd rari ſunt animi ſatis fortes ad reſiſtendum tentationibus, cognatorum & amicorum plura quàm par eſt petentium, iuxta illud cuiuſdam ſub mortem conquerentis, Medici abſtulerunt mihi corpus, & animam amici. Ludolphus in uita Chriſti. p. i. cap. 68. fol. 2.) Nec impulſionibus mundi; qui ut plus iuſto impendamus quaſi uim quandam infert; & auaritiæ conatibus, quæ ad retinendum plus quàm oportet impellit. Præterea quia multo facilius eſt diuitiarum ſæcularium rectam rationem reddere quàm eccleſiaſticarum. Et dominus de laico diuite loquens dixit. Math. 19. & Marc. 10. difficile eſſe, diuitem intrare in regnum dei.

54 SEXTVM non eſſe tam prudentiæ conſonum quàm aliqui exiſtimant quærere ob noſtri amorem plures reditus eccleſiaſticos quàm ſint nobis neceſ-

ſarii ad hanc uitam, honeſte agendam: Neque ſuſcipere etiam ſi id rogaremur. Quia, id, eſt appetere multum oneris & parum leuaminis. (Non enim eſt facile, habenti magnos reditus tribuere illos ſo lis operibus piis, petentibus eos de more & importune cognatis & amicis, arg. c. Non æſtimemus 13. q. 2. & c. Peruenit 1. q. 3. & c. 1. Seſſ. 25. concil. Trid.) de reformatione. Quin, et iudicio noſtro non uacat id culpa ſaltē ueniali, niſi cum uere Deo dicere poſſumus, quod nolumus neque acceptamus eos, ſaltem principaliter ob noſtri amorem, ſed ſolum ob eius Sanctū uel Reipublicæ obſequium, & ad impendendum ſuperflua, pauperibus. (Alioquin enim finis inordinatus eſt per prædicta, & cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. c. Cum Miniſter 23. q. 5. Thom. 1. Sec. q. 1. ar. 3. melius. q. 18. ar. 6.) Quæ omnia plurimū iuuat id quod Cardinalis Florentinus, determinauit (in cle. Gratiæ de reſcrip.) licet plus aliis laxauerit plurium beneficiorum obtinendi facultatem uno eorum ſufficiēte, uidelicet nemi-

neminem poſſe illa obtinere ullo modo, neque cum diſpenſatione, neque abſque illa, niſi ea conditione ut non theſaurizet ex eorum prouentibus, neque indulgentiorem uictum aut fauſtum ob id adderet. Et quoniam per multi habebant plura beneficia quàm ad honeſte uiuendum eſſent neceſſaria; pauci uero æquam expoſitionem Cardinalis præfati obſeruabant; decreuit Sanctum Concilium Tridentinum (Seſſ.24.c.17.) ut nullus permittatur habere niſi unicū quod ſibi ſufficiat beneficium.

Septimum neſcire me epiſcopos aut eccle-
55 ſiarum parrochialium rectores, omnino à peccato excuſare, qui honeſtū uictum in terris ſalutiferis habentes, ſine alia neceſſitate aut utilitate publica, ſtudent relinquere ſua beneficia, eo ſolo quòd minoris ſint reditus, & capiunt alia, eo ſolo quòd ſint maioris. Primo quod (appetere epiſcopatum propter bona illius temporalia, manifeſte eſt illicitum (Thom.2. Sec.q.188.ar.1.) Secundo propter ea quæ in præcedenti corollario diximus. Tertio

quia iura pontificia ſæpius renouata, ratione iuſta id prohibuerunt (c. Mutationes. c. Sciant, quæ agunt de epiſcopis. & c. Non oportet. c. Peruenit, quæ agunt de aliis minoribus 7. q. 1. quæ neſcio quare non citauit Sotus in lib. 3. q. 6. ar. 2. col. 13. de iuſt. & iur.) Quibus aperte præcipitur, ut neque auaritia, neque præſumptione, neque uoluntatis propriæ cauſa huiuſmodi fiant mutationes, ſed ſolum neceſſitate aut utilitate, non quidem propriæ crumenæ ſeu burſæ, ut eadem decreta aperte ſignificant (In fine d. c. Mutationes. Quarto quod oues cognitas utilius gubernare poſſunt, quam eas, quas nondum cognoſcunt neque ſciunt quanto tempore cognoſcent, & ita gratius inſeruiet in eis domino, niſi alia cauſa aliud ſuadeat: per prædictum. c. Mutationes, & c. Sciet.) Quinto quod non poſſunt impendere ſibi ſuiſque plus quã poterant cum ſola beneficia minoris ualoris haberent, niſi ea ipſa ſint altioris dignitatis, & honoris (per concluſionem communem principalẽ, ex qua hæc inferimus, & per

dictum

dictum Cardi. in 50. corollario citatum; Sexto quia habentibus ſaltem idonea beneficia, quibus honeſte ali poſſint, peccatum eſt appetere propter ſe ſaltem altiorem regẽdarum animarum locum c. Qui epiſcopatum c. In ſcripturis. c. Clemens, 8. q. 1. Thom. 2. Sec. q. 185. ar. 1.) At altioris loci maiorisque reditus beneficia maius animarum onus habent frequentius. Verum enimuero cum hæc ita ſeſe uere habeant, Deusque omnibus præſens ex-
56 tet, qui per ſe & per eius ſponſam matrẽque noſtram eccleſiam ſanctam nos ea ipſa edocuit. Diabolus tamen & mundus quia fortitudo animi noſtri, imbecilis eſt, non nullos prouectam etiam ætatẽ agentes, in has uarias beneficiorum mutationes nos trahunt exagitatos, paulò minorem curam ut eas indipiſcamur adhibentes, & utinã non maiorem quam ad æternam gloriam conſequendã adhibeamus.
Octauum, non eſſe auaram retentionem, qua mediocrem pecuniæ quantitatem neceſſitatibus uериſimiliter futuris, ægritudinum, litium, annorum infructiferorum,

IESV CHRISTI Opt. Max. cum eorum intentio fuiſſet ut ea unirentur eidem, eiſdemque fruerentur priuilegijs, ſcientes aut ſcire debentes, neminem alium neque ſæcularem neq; eccleſiaſticum eſſe tam abſolutum eorum bonorum & redituum eorum dominum, quam ſunt ſæculares ſuorum. Et ita conſequenter uoluerunt ſaltem tacite ut eſſent ſubiecta oneribus generalibus, quibus CHRISTI patrimonium ſummittitur. Conijcitur item mens hæc tacita ex eo quod qui aliquam capellam uel aliud beneficium particulare fundat,
46 non cenſetur uelle ea eximere a generalibus aliorum beneficiorum oneribus. ſ. recitandi horas, reſidēdi, & alijs; propterea quòd eis certa onera noua imponāt.
47 DECIMA ſexta ratio quòd traditiones Apoſtolicas ita obſeruare atque uenerari debemus, ac leges diuinas, quando contrarium non reperitur decretum per Summum Pontificem uel concilium, (cap. Eccleſiaſticarum, c. In his. cap. Catholica 11. d. c. Sunt quidam 25. q. 1.)

Conſtat autem per Apoſtolorum canones Summos Pont. & Epiſcopos, qui apoſtolis continuo aut ſine longo interuallo ſucceſſerũt, hoc ipſum quod nos dicimus non modo decreuiſſe, ſed etiam obſeruaſſe. (Canone 40. & 41. Ap. qui referuntur in cap. Sint manifeſte & cap. Seq. 12. q. 1. & per Clementem lib. 2. & 8. de conſtit. Appoſt. & per Vrbanum in cap. Videntes & cap. Res, ead. cauſ. & q. per Melchiadem in cap. Futuram ead. cauſ. & q.) Cuius contrarium nunquam neque per concilia, neque per pontifices fuit conſtitutum. Conſequens igitur eſt, ut id debeat obſeruari. Præterea alia non pauca elegantia quidem (licet non adeo neruoſa, ut prædicta) quæ in hoc ipſum perſuadendum per uirum quendam uita, literis, & ſuggeſtu per celebrem (ſcilicet fratrem Gabrielem a Toro egregium Franciſcani ordinis decus in lib. de Theſauro miſericordiæ uaria eruditione referto) diſputantur; pronoſticando paupertatem eccleſiaſticoru m futuram, eo quod minime curant de præ-

ſenti proximorum, quibus ſunt diuites, indigentia. Quam quidem iam uidemus Germaniæ, Angliæ & Scotiæ commorari, & ſeſe Galliæ inſinuare, mittereque in Hiſpaniam heu noſtram incurſores, quam Deus per ſuam ſanctam miſericordiam ab ea eique accidentibus cuſtodiat. Amen.

Per ſuperius diſputata ſatis ſuper ſuperque confirmatum atque defenſum manet quartum principale dictum, nempe quod bona in quibus beneficia eccleſiaſtica fundata extant donata ſunt eccleſiis hoc onere adiecto, ut beneficiarij honeſte inde alerentur, & ſi quæ ſuper ſint egenis aliiſque piis operibus ſubminiſtrarentur. Vnde primæ quæſtionis noſtræ deciſio colligitur uidelicet beneficiarios, qui contraria his faciunt peccare mortaliter.

COROLLARIA.

Beneficiarij eccleſiaſtici lege naturali tenentur operibus pijs erogare ſuperflua n. 48.
Pauperibus nulla lege ita conſultum ac Chriſtiana nu. 49.
Decimas, primitias & alia innumera bona habent deputata Chriſtiani cultui diuino & pauperibus n. 50.
Beneficiarij minime retineant auare, quæ eis ſuperſunt. n. 51.
Ludolphus & Dionyſius magnum Cathurſiani ordinis decus n. 51.
Auarus deterior eſt prodigo. n. 52.

E SVPRA ſcriptis omnibus plura corollaria colligi poſſunt, quæ ſuperiorem concluſionem non modo interpretentur & limitent, ſed & admoneant atque ſolentur beneficiarios, qui ueram animæ ſalutem expetunt.

Primum legibus non humanis tantum ue-
48 rum & naturalibus atque diuinis, beneficiarios erogare debere, quæ ſuperſunt pauperibus. Cui cōſequēs eſt nulla cōſuetudine

tudine excuſandos, quia illa nihil ualet contra legem naturalem, uel diuinam. cap.Quæ contra cap.Mala.cap.Fruſtra.8. diſt.cap.In his.i.1.diſt.ca.fin.de conſuet. Secundum quòd nuſquam in toto terrarũ
49 orbe fuit ulla gens,uel natio probatæ im probatæue legis,aut ſectæ, quæ tã ingentes loculos, ſeu burſã pecuniarũ habuerit paratam cultui diuino,& pauperibus ſicut Chriſtiana. Quæ quidem non ſolum in id dedicauit decimas, prædiales omnium fructuum, ac redituum è terræ cultura prouenientium (cap. Non eſt.c. tua nobis cap.Ex tranſmiſſa,& cap.Cum non ſit de decim. Thom. 2. Sec. q.87. & quolib.2.ar. 8. & Hoſt. in ſumma de decim.§. i. de triplici decima. & Pan. in d. cap. Non eſt.) omneſque perſonales lucri cuiuſcunque liciti, mixtas quoque cuiuſque pecudum generis, uenationis, & piſcationis, ea lege ut deducta ſuſten-
50 tatione honeſta miniſtrorum, diuini cultus,prædicationis,& ſacramentorũ omnium egentibus erogentur. Verum & his minime cõtenta habet huic pio operi pa-

ri paratas omnes primitias, & alia innumera bona, terrarum, uinearum, pratorum, montium, uicorum, oppidorum & urbium. Et niſi in aliquibus regnis prohibitum fuiſſet, donare, relinquereue plura bona eccleſiis omnia fere fuiſſent earum. (quod ſatis colligitur ex cap. Clericis de imm. Eccleſiæ lib. 6. & aliquot legibus Galliæ, & Portugalliæ, ubi tam effuſi fuere olim in donando eccleſiis quam nunc parci.) & ad auferendum ab eis proni; & ita perſonales decimæ iam ubique ferme ſubſtractæ ſunt, imo & prædiales in aliquibus regnis, cui magnam uidetur occaſionem præbuiſſe quod palam cernitur, non diſpendi ea in id in quod donata fuerunt. (Nam quod non capit Chriſtus rapit fiſcus, cap. Decimæ 16. q. 1.) Atque utinam alii male in ſumentes, alii male detrahentes, & auferentes non irritemus Deum ad iracun diam, ut de omnibus uindictam, quam meremur ſummat. Imo uero ſua nos afflet gratia ut emẽdati ſalui fiamus. Amẽ.

Tertium non ſolum peccare mortaliter beneficiarios,

neficiarios, qui id quod ſuper eſt e reditibus noſtris prodige in ſummimus, uerum etiam qui auare ſeruamus. Quoniam paulo ſuperius. (ead. q. a n. 17.) probauimus, beneficiarios non ſolum humana, ſed & naturali, ac diuina lege obligatos eſſe ad id quod ſupereſt egenis erogandum. Cui quidem obligationi minime ſatisfacimus non inſumendo male, niſi etiam bene erogemus. (Aliud enim eſt ſoluere & tradere, aliud cuſtodire & retinere cap. Sicut hi 47. diſt. & cap. Sæpe de reſtit. ſpoliat.) Hanc eandem concluſionem firmauit celeberrimus ille Io. Gerſon. (In Alphabeto 40. lit. e, Et duo illi æquæ pii, ac docti Ludolphus, in uita Chriſti. p. i. cap. 68. fol. 3. lit. e, & Dyoniſius, (in lib. cõtra pluralitatẽ beneficiorum ar. 7. ordinis Cathurſiani præluſtre decus. Qui quidem & alii, (Io. a ſilua de benefic.) referunt celeberrimũ illũ & epiſcopum & doctorem Gulielmũ Pariſienſem affirmaſſe, quendã amicũ eius litteris inſignẽ, qui iã uita functus erat apparuiſſe, dixiſſeq; quòd

una de trib⁹ cauſis ob quas fuit dãnatus erat, quia quod e beneficiorũ reditibus ei ſupereſſet pauperibus non erogaſſet. Quartum magnam eſſe beneficiariorum ſocordiam, qui grauiter detrahimus illis, qui ſplendide ædunt ac bibunt, ueſtientes ſe ſumptuosè reditus ſuos impendunt, cum nóſmetipſi miſere uiuentes arcas numis implemus, parum adminaduertentes non tam prohiberi nobis ſumptus prodigos, quàm præcipitur largitio & debita exoneratio (id quod palam ſentit Thom. 2. Sec. q. 119. ar. 3. ad. 1.) neque prodigus ſumptus eſſet peccatum mortale, niſi quia debitam exonerationem præpedit. neque perpendimus quòd D. Bernardus (in epiſto. 2. col. pen.) non tantum carpit canonicum illum Lugdunenſem, quòd e reditibus præbende comparauerat ephippia aurea, ſellas depictas, calcariaque argentea, ſed & quòd præter honeſtum uictũ & ueſtitum reditus retineret. Minus enim malum eſt prodigus ſumptus, qui aliquibus prodeſſe poteſt, quàm auara

reten-

retentio, quæ nemini. (Ariſt. 4. eth. & Thom. 2. Sec. q.119. ar.3.) Eſt ergo neceſſe domini, patres, fratresque ut non modo non prodigamus reditus beneficiorum; ſed etiam ne auare eos retineamus.

SVMMARIVM.

Eccleſiaſtici reditus magni quare minus boni eos habenti, quàm pauci uictui ſufficientes. n. 59. & quare melius eſt ampliores non appetere. n. 54.

Beneficium aut epiſcopatum idoneum relinquere ob alium maioris reditus ſine aliqua cauſa peccatum eſt, n. 55.

Mutationes dignitatum Demonium & mundus inquirendas nobis procurant. n. 56.

Auaritia non eſt, partem aliquam congruam redituum neceſſitatibus ueriſimiliter futuris obſeruare. n. 57.

Neque uel numos paulatim congerere magnis & pijs operibus, Et quid tunc fieri debeat num. 57. Ne mors in opina nobis intercedat. n. 58.

QVINTVM decipi uulgus cogitans grande bonum eſſe alicui amplos reditus eccleſiaſticos habere. Primum quia

53 quia magno labore opus eſt, ad ita inten dendum eorum diſpenſationi, ut ob eos Deum non perdat, retinendo uel inſumendo, ubi, quando, quare, & quomodo nõ debet. Deinde quòd rari ſunt ani mi ſatis fortes ad reſiſtendum tentationibus, cognatorum & amicorum plura quàm par eſt petentium, iuxta illud cuiuſdam ſub mortem conquerentis, Medici abſtulerunt mihi corpus, & animam amici. Ludolphus in uita Chriſti. p. i. cap. 68. fol. 20.) Nec impulſionibus mun di; qui ut plus iuſto impendamus quaſi uim quandam infert; & auaritiæ conatibus, quæ ad retinendum plus quàm oportet impellit. Præterea quia multo facilius eſt diuitiarum ſæcularium rectam rationem reddere quàm eccleſiaſticarum. Et dominus de laico diuite loquens dixit. Math. 19. & Marc. 10. difficile eſſe, diuitem intrare in regnum dei.

54 SEXTVM non eſſe tam prudentiæ conſonum quàm aliqui exiſtimant quærere ob noſtri amorem plures reditus eccleſiaſticos quàm ſint nobis neceſ-

ſarii

ſarii ad hanc uitam, honeſte agendam: Neque ſuſcipere etiam ſi id rogaremur. Quia, id, eſt appetere multum oneris & parum leuaminis. (Non enim eſt facile, habenti magnos reditus tribuere illos ſolis operibus piis, petentibus eos de more & importune cognatis & amicis, arg. c. Non æſtimemus 13. q. 2. & c. Peruenit 1. q. 3. & c. 1. Seſſ. 25. concil. Trid.) de reformatione. Quin, et iudicio noſtro non uacat id culpa ſaltē ueniali, niſi cum uere Deo dicere poſſumus, quod nolumus neque acceptamus eos, ſaltem principaliter ob noſtri amorem, ſed ſolum ob eius Sanctū uel Reipublicæ obſequium, & ad impendendum ſuperflua, pauperibus. (Alioquin enim finis inordinatus eſt per prædicta, & cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. c. Cum Miniſter 23. q. 5. Thom. 1. Sec. q. 1. ar. 3. melius. q. 18. ar. 6.) Quæ omnia plurimū iuuat id quod Cardinalis Florentinus, determinauit (in cle. Gratiæ de reſcrip.) licet plus aliis laxauerit plurium beneficiorum obtinendi facultatem uno eorum ſufficiēte, uidelicet nemi-

neminem poſſe illa obtinere ullo modo, neque cum diſpenſatione, neque abſque illa, niſi ea conditione ut non theſaurizet ex eorum prouentibus, neque indulgentiorem uictum aut fauſtum ob id adderet. Et quoniam per multi habebant plura beneficia quàm ad honeſte uiuendum eſſent neceſſaria; pauci uero æquam expoſitionem Cardinalis præfati obſeruabant; decreuit Sanctum Concilium Tridentinum (Seſſ. 24. c. 17.) ut nullus permittatur habere niſi unicū quod ſibi ſufficiat beneficium.

Septimum neſcire me epiſcopos aut eccle-
55 ſiarum parrochialium rectores, omnino à peccato excuſare, qui honeſtū uictum in terris ſalutiferis habentes, ſine alia neceſſitate aut utilitate publica, ſtudent relinquere ſua beneficia, eo ſolo quòd minoris ſint reditus, & capiunt alia, eo ſolo quòd ſint maioris. Primo quòd (appetere epiſcopatum propter bona illius temporaliá, manifeſte eſt illicitum (Thom. 2. Sec. q. 188. ar. 1.) Secundo propter ea quæ in præcedenti corollario diximus. Tertio

quia iura pontificia ſæpius renouata, ratione iuſta id prohibuerunt (c. Mutationes. c. Sciant, quæ agunt de epiſcopis. & c. Non oportet. c. Peruenit, quæ agunt de aliis minoribus 7. q. 1. quæ neſcio quare non citauit Sotus in lib. 3. q. 6. ar. 2. col. 13. de iuſt. & iur.) Quibus aperte præcipitur, ut neque auaritia, neque præſumptione, neque uoluntatis propriæ cauſa huiuſmodi fiant mutationes, ſed ſolum neceſſitate aut utilitate, non quidem propriæ crumenæ ſeu burſæ, ut eadem decreta aperte ſignificant (In fine d. c. Mutationes. Quarto quod oues cognitas utilius gubernare poſſunt, quam eas, quas nondum cognoſcunt neque ſciunt quanto tempore cognoſcent, & ita gratius inſeruiet in eis domino, niſi alia cauſa aliud ſuadeat: per prædictum. c. Mutationes, & c. Sciet.) Quinto quod non poſſunt impendere ſibi ſuiſque plus quã poterant cum ſola beneficia minoris ualoris haberent, niſi ea ipſa ſint altioris dignitatis, & honoris (per concluſionem communem principalẽ, ex qua hæc inferimus, & per

dictum Cardi. in 50. corollario citatum; Sexto quia habentibus ſaltem idonea beneficia, quibus honeſte ali poſſint, peccatum eſt appetere propter ſe ſaltem altiorem regēdarum animarum locum c. Qui epiſcopatum c. In ſcripturis. c. Clemens; 8. q. 1. Thom. 2. Sec. q. 185. ar. 1.) At altioris loci maiorisque reditus beneficia maius animarum onus habent frequentius. Verum enimuero cum hæc ita ſeſe uere habeant, Deusque omnibus præſens extet, qui per ſe & per eius ſponſam matrēque noſtram eccleſiam ſanctam nos ea ipſa edocuit. Diabolus tamen & mundus quia fortitudo animi noſtri, imbecilis eſt, non nullos prouectam etiam ætatē agentes, in has uarias beneficiorum mutationes nos trahunt exagitatos, paulo minorem curam ut eas indipiſcamur adhiben tes, & utinā non maiorem quam ad æternam gloriam conſequendā adhibeamus.

56 Octauum, non eſſe auaram retentionem, qua mediocrem pecuniæ quantitatem neceſſitatibus ueriſimiliter futuris, ægritudinum, litium, annorum infructiferorum,

rum,& id genus aliorum, prudenter obſeruamus. (Thom. 2.2. Sec. q. 32. ar. 5.) Dixi uerisimiliter, contrà eos, qui dicunt, ſeruare ſe in id tempus, quo centum fuerint annorum, cum tantum ſint adhuc 30. ſiue nepotibus pauperibus ex fratre, ſororeue collocandis, quæ nondum natæ ſunt, & id genus aliis. (Non enim oportet omnes caſus, qui contingere poſſunt conſiderare. Thom. in d. ar. 5. ad 3.) quæ quidem minime nos docet uera prudentia; ſed potius puſillanimitas & auida ſolicitudo diuinæ prudentiæ parum fidentes, proponunt.

Nonum, nō eſſe item auaram retentionem
58 illam (contra illud nolite de craſtino cogitare, Matth. 6.) qua paulatim cumulamus id quod neceſſarium eſt, matrimoniis aliquot piis contrahendis, aut fabricandis eccleſiis, capellis, collegiis, hoſpitalibus; aliisuè huiuſmodi piis ac ſanctis operibus. Eſt enim uiri prudentis, ædificiis perficiendis etiā antequam incipiantur neceſſaria prouidè parare. (Iuxta illud Luc. 14. Qui uult turrim ædificare

prius

prius ſedens computat ſumptus &c. ne inſultetur ei quod cæpit ædificare & non potuit conſumare.) Quanquam profectò etiam in hoc caſu perquam commodum eſſet ut queadmodum ſenſim pecunias congerimus, ita etiam aliquibus piis, & probatis uiris catholicis, unam atque alteram, inter uiuos donationem irreuocabilem faceremus, adiecto onere impendēdi ea omnia bona in his piis operibus, quæ facienda deſtinamus. Eſſet tamen prudentiæ addere illis clauſulam, per quam liceret nobis, aut quibuſdam aliis, quorum prudētiæ atque pietati fidimus, mutare illa in alia opera pia, ſi aliquo reſpectu illa non conuenirent tantū quantum alia. Donationes autem ita fiant, ut eas minime reuocare poſſimus, ſed uelimus nolimus, donata à nobis bona, his, aut illis piis operibus inſumenda neceſſario permaneant. quia mors inopina ſolet bona propoſita impedire. (l. 1. ff. de cond. & demōſt. iuxta illud, Neſcitis diē neque horam Math. 25.) & quæ piis finibus coaceruamus poſſent cedere malis

(iuxta illud, exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. pſalm. 145.) ſi forte neque iure neque facto intercedente morte teſtari poſſemus, in offendiculum proximorum, auaritiam mortuorum inde colligentium, ut ante paucos annos cuidam magno præſuli accidiſſe uidimus, qui pecuniam ingentem collegio ingenti fabricando congeſſerat.

SVMMARIVM.

Beneficiarij ea, quæ parce uiuendo de ſuo honeſto uictu detrahunt, faciunt ſua nu. 59.

Beneficiarij ſatisfaciunt decretis inſumendo quæ ſuperſunt in operibus pijs, etiam ſi pauperibus non erogent, nu. 60.

Opera pia quæ ſunt, nu. 60. & 61.

Pium legatum quod, & an dotis legatum pium ſit? Aliqua enim pia ſunt legata foro interiori, quæ non ſunt exteriori & econtra, nu. 62.

59 DECIMVM, Cõcluſionem noſtram minime locum habere in his, quæ beneficiarij de ſuo uictu honeſto parcius uiuen-

uiuendo ſeruant,ut ſenſit Thom. (2. Sec. q. 185. ar. 7.) & exprimit Maior, in 4. d. 24. q.17.) & probant Adrianus (in 4. de Reſt.q.12.& Sotus lib.10.q.4.ar.3.de iuſt. & iur.) Quia cum ea eis ad ſuum uictum dentur,data cenſeri debent cum facultate plena diſponendi de illis. Et quia uidentur id quærere,ſua quadam induſtria & pœna, & eo modo quæſita, cenſentur patrimonialia,ut ſuperius ſcripſimus (n. 7.) Quia item.S.Thom.(2.Sec.q.185. ar. 7. & quolib.6. ar.12.) author eſt, Epiſcopum diſponere poſſe de reditibus ſumptui ſuo deputatis perinde ac de reliquis patrimonialibus. Cuius ſententia ut paulo poſt diſeremus non debet intelligi de tota parte ſibi per diuiſionem aſſignata, ſed de illa, quæ ad eius honeſtos ſumptus eſt neceſſaria.

Vndecimum, beneficiarios ſatisfacere de-
60 cretis expendendo ea quæ ſuperſunt in quibuſcunque piis operibus, etiam ſi ea egentibus non tribuant ut ait Adrianus (In 4. de Reſtit. q. 12. col. 7.) Quoniam ut S. Thomas (In quolib. 6.ar.12. deter

minat & decretis comprobatur (cap. de Redit. cap. Vobis. cap. Quarto 12.q.1.) ea quæ ſuperſunt non debentur ſolis pauperibus, cum etiam fabricis, ornamentis, & id genus aliis, diuino cultui congruentibus, ſint impertienda. Quæ autem ſint opera pia, neminem reperio qui funditus explicuerit; tametſi per plurimos tactum: (ut colligi poteſt ex Lud. Rom. in Auth. Similiter. C. ad l. Falcidiam, & aliis quàm multis) Verum conſideratis omnibus breuiter reſolui poteſt, ea omnia & ſola, eſſe pia opera quæ ad diuinum cultum, pietatem & misericordiam pertinent. (quia quamuis pietas pro ut eſt uirtus moralis ſolum cultum patriæ, parentum, & cognatorum contineat, ut per Thom. 2. Sec. q. 101. tamen accipitur etiam pro religione ut per Auguſt. lib. 10. cap. 4. de Ciuit. dei & cap. 1. 22. q. 2. & pro miſericordia ca. Si quælibet 22. q. 2. & cap. Legi 23. q. 8. & his duobus modis accipitur in noſtro propoſito) intelligendo tamen per cultum diuinum, eum quoque quem Deo im-

partimur per tres uirtutes Theologicas fidem, ſpem, & charitatem (quibus cõlitur Deus, licet aliter quàm per latriam aut religionem uirtutum moralium primam, iuxta Thom. 2. Sec. q. 81. ar. 5. Quare talia ſunt omnia opera, quæ propter Deum potiſſimum aguntur. Tales quoque Capellaniæ, Beneficia, Miſſæ, aliaque officia, diuina, & omne quod ad ea precipue pertinet. Talia etiam ſeptem opera miſericordiæ ſpiritualia, (quæ continentur in illo uerſu, Conſule, caſtiga, remitte, ſolare, fer, ora, intelligendo per conſule etiam doce. ut in Manuali cap. 24.) ſeptem quoque opera miſericordiæ corporalia (quæ continentur in illo uerſu, Viſito, poto, redimo, tego, colligo condo. quos declarauimus in Man. cap. 24. n. 2.) nec non id omne, quod principaliter ad ea dirigitur: Quoniam a uirtute miſericordiæ naſcuntur tanquam a matre: a charitate uero tanquam ab auia, ſicut in Manuali, in cap. 24. n. 2. declaratum eſt. Quam ob
91 rem ſtudia Theologiæ præſertim, & canonum

nonum, ſtipendia pulpituum atque ſermonum ad docendum & conſulendum opera pia ſunt. Quandoquidem ſunt opera miſericordiæ ſpiritualia, uel ad ea pertinentia, & etiam hoſpitalia, confraternitatesque conſtitutæ ad hoſpitandum, ueſtiendum, & curandum egenos, ad reficiendas domus exuſtas, & ad captiuos redimendos, ad opera namque miſericordiæ corporalia pertinent.

Ex hac radicali reſolutione ratio celebris il
62 lius gloſſæ (l. Si quis Titio. ff. de leg. 2.) ſummetur. Quæ quidem aſſerit, id legatum eſſe pium, quod legatur ad animæ ſalutem; eius quoque quod Baldus (in l. 1. col. 4. C. communia de legat, & in Marg. uerbo Teſtatur) ait; tale eſt etiam quicquid relinquitur ad opera in ipſa directa. Quoniam id omne eſt opus miſericordiæ uel attinens ad illud. Hinc etiam deſummitur ratio, cur legatum pro dote, uel alimentis diuitum in foro exteriori non iudicatur pium, etiam ſi legans, dicat aperte ſe illud amore Dei, ſiue pro anima ſua facere, (Gloſ. ſolen.

in l. Illud. C. de Sacroſ. eccleſ.) E contrario uero iudicabitur pium id legatum quod legatur in pauperes; etiam ſi non dicat amore dei uel pro anima ſua ſeſe id facere. Et quanuis uere id non faciat amore dei, neque miſericordia pauperis. Nam in hoc foro, quicquid homini (qui noſcitur eſſe pauper) legatur, ob miſericordiam dari præſumitur. Contra uero, quicquid homini (qui noſcitur eſſe diues) legatur, non præſumitur ob miſericordiam legari: licet uere ob eam legetur, etiam ſi exprimatur, quod ob eam datur. Imo potius creditur legari ob amicitiam, cognationem, uel liberalitatem. Itaq; nō nunquam ea quæ apud Deum ſunt opera pietatis, apud iudices iudicantur prophana, & econuerſo, quod eſt prophanum in eius diuinæ maieſtatis conſpectu, pium inter gentes exiſtimatur. Impendat ergo beneficiarius ea quæ ſibi ſuperſunt in opera quæ ſunt pia, coram Deo & hominibus, uel ſaltem coram Deo, qui falli minime poteſt; neque arbitretur ſe ſatisfacere, eo quòd im

pendat

pendat in ea, quæ hominibus, qui facile decipi poſſunt, appareant talia.

SVMMARIVM.

Beneficiarij ſatisfaciunt erogando ea quæ ſibi ſuperſunt quibuſcunque pauperibus, aut pijs operibus, quæ delegerint n. 63. & ſequent.

Pauperes, qui a teſtamentario deligendi n. 64.

Pauper eſt in hoc cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt n. 65.

Pauper efficitur aliquis nimia patrui, ſiue fratris felicitate n. 66.

Pius V. Papa mirificum hac in re dedit exemplum n. 67.

Beneficiarij de prouentibus eccleſiaſticis niſi ſummant pro libito, tantum quantum in eccleſiam ſuam, ac pauperes de patrimonialibus impendent numero 67.

63 DVODECIMVM quòd beneficiarij ſatis officio noſtro facimus impertiendo ea quæ ſuperſunt, quibuſcunque pauperibus, quos ad id elegerimus. Tametſi cæteris paribus, pientius eſſet (arg. l. ſiquis ad declinandum. C. de epiſcopis & cler. & l. In eccleſiis eod. tit.) erogare

gare patrochianis aut inhabitantibus lo
cum ubi ſuum eſt beneficium, & pictius
dare pauperioribus aut melioribus, qui
uirtute præſtantiores eſſe uidentur. (Arg.
d. l. Si quis &c. Pulchra, & c. Nō ſatis 86
d.) Diximus, cæteris paribus, eo quod ut
colligi poteſt ex d. cap. Non ſatis, & q
cap. Eſt probanda & cap. Conſideranda,
& cap. Pulchra 86. d.) aliqua ratio pa-
triæ, cognationis, amicitiæ, obſequii,
honeſti & aliorū ſimilium haberi poteſt
quo iuſte præferatur extraneus indige-
næ, pauperiori minus pauper, atque me-
liori minus bonus.) Quamuis (Vlricus
relatus a Dionyſio in lib. contra plurali-
tatem benefic. ar. 7.) contrarium dicat,
nihil ad id allegando, qui tamen allega-
re poterat legem illam (l. Si quis ad de-
clinandam C. de epiſcopis & cleri.) quæ
habet, Id quod a teſtatore pauperibus re
linquitur, dandum eſſe hoſpitali ſui lo-
ci, ſi unum tantum habetur, & ſi plura
pauperiori. Et licet ea lex ſublata ſit (per
§. Si quis autem pro redemptione
Auth. de eccleſ. tit. colla. 9) quate-
nus

pendat in ea, quæ hominibus, qui facile decipi poſſunt, appareant talia.

S V M M A R I V M.

Beneficiarij ſatisfaciunt erogando ea quæ ſibi ſuperſunt quibuſcunque pauperibus, aut pijs operibus, quæ delegerint n. 63. & ſequent.

Pauperes, qui à teſtamentario deligendi n. 64.

Pauper eſt in hoc cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt n. 65.

Pauper efficitur aliquis nimia patrui, ſiue fratris felicitate n. 66.

Pius V. Papa mirificum hac in re dedit exemplum n. 67.

Beneficiarij de prouentibus eccleſiaſticis inſummant pro libito, tantum quantum in eccleſiam ſuam, ac pauperes de patrimonialibus impendent numero 67.

63 DVODECIMVM quòd beneficiarij ſatis officio noſtro facimus impertiendo ea quæ ſuperſunt, quibuſcunque pauperibus, quos ad id elegerimus. Tametſi cæteris paribus, pientius eſſet (arg. l. ſiquis ad declinandum. C. de epiſcopis & cler. & l. In eccleſiis eod. tit.) ero

gare

gare parrochianis aut inhabitantibus locum ubi ſuum eſt beneficium, & pietius dare pauperioribus aut melioribus, qui uirtute præſtantiores eſſe uidentur. (Arg. d. l. Si quis & c. Pulchra, & c. Nō ſatis 86. d.) Diximus, cæteris paribus, eo quod ut colligi poteſt ex d. cap. Non ſatis, & cap. Eſt probanda & cap. Conſideranda & cap. Pulchra 86. d. aliqua ratio patriæ, cognationis, amicitiæ, obſequii, honeſti & aliorū ſimilium haberi poteſt quo iuſte præferatur extraneus indigenæ, pauperiori minus pauper, atque meliori minus bonus. Quamuis (Vlricus relatus a Dionyſio in lib. contra pluralitatem benefic. ar. 11.) contrarium dicat, nihil ad id allegando, qui tamen allegare poterat legem illam (l. Si quis ad declinandam C. de epiſcopis & cleri.) quæ habet, Id quod a teſtatore pauperibus relinquitur, dandum eſſe hoſpitali ſui loci, ſi unum tantum habetur, & ſi plura pauperiori. Et licet ea lex ſublata ſit (per §. Si quis autem pro redemptione Auth. de eccleſ. tit. colla. 9.) quate-

nus

nus de hoſpitali loquitur, non eſt tamen ſublata quoad illud quod decernit de erogando ſui loci pauperibus, uti ſingularis gloſſa approbata (cap. Si pater, uerbo pauperum de teſtam. lib. 6.) declarauit.

Ipſe uero non auderem, obſtringere ad
64 hoc beneficiarios, Primum quidem quod teſtamentarius, ſiue cui teſtator, pauperum electionem commiſit, eos quos uellet eligere poſſet, etiam ſi non eſſent ex eius loco. (iuxta doctrinam Io. An. Dom. Peruſ. communem, ſuper dicta gloſ. d. c. Si pater.) Deinde quod neque Diuus Clemẽs in prædicto libro (de Conſt. Apoſt. 8. c. 36. & lib. 2. c. 29.) neque ullus textus habet, decimas impartiri debere pauperibus loci, qui eas ſoluit, imo iubet eaſdem elargiri etiam peregrinis & alienigenis. Tertio quòd uetus conſuetudo (quæ eſt optima legum interpres ca. Cum dilectus de conſue. & l Minime. ff. de leg.) declaraſſe uidetur, ſatis eſſe dari pauperibus, etiam ſi non ſint loci, beneficij. Quarto quòd

illi gloſſæ textibusque (quorum optimus uidetur l. Quæ conditio. §. Cum ita ff. de condit. & demonſtr.) in quibus illa fundatur reſponderi poteſt, ea habere locum in teſtatore, qui tanquam homo priuatus loci ſui cohabitatoribus propenſior uidetur. Nos uero loquimur de Sancta Matre eccleſia catholica, quæ cunctos mundi fideles ſuos reputat filios. (c. Alma Mater de ſent. excomm. libr. 6. Clem. 1. in princip. de ſumm. trinit.) Et ita non tam ſpeciali complectitur amore, quàm teſtator eos, qui in uno particulari loco cohabitant. Qua ratione confirmatur id quod dictum eſt, nempe gloſſam præmiſſam non habere locum in teſtamentario executore, cui teſtator pauperum electionem commiſit, & econtrario per illud dictum, hæc reſponſio corroboratur.

Decimum tertium quod bene diſtributum intelligetur id quod diſtribuitur eis, qui licet habeant neceſſaria ad uitam ſeruandam, non tamen ad ſe decenter pro ſua qualitate ſuſtentandum, ut recte Diuus

Thom.

Thom. (2. Sec. q. 32. ar. 6.) præſupponit & Bartolus (In l. 1. C. de ſacroſ. eccl. nu. 36.) explicat: ambo frequentius probati: & apertius Caietanus (2. Sec. quæſ. 43. ar. 8.) quod ſatis colligitur ex quibuſdam Diui Ambroſii decretis, uidelicet (cap. Conſideranda. cap. Eſt probanda & cap. Non ſatis 86. diſt.) quod notandum eſt ad multorum excuſationem.

Quartum decimum dubitari, utrum frater
66 uel nepos ex fratre uel ſorore illius, qui ex humili conditione cooptaretur in magnam aliquam dignitatem, qui habebat neceſſaria ad ſuam decentem ſuſtentationem, antea quàm cognatus eius fuiſſet promotus, diceretur pauper ad hoc ut ille cognatus tribuere poſſit aliqua iuſte, ſi non habeat tanta, quibus honorifice in eius domo conſpiciatur. Nam prædictum cõcilium Tridentinum (ſeſſ. 25. cap. 1. de reform.) ſignificat, non poſſe; quod etiam antea Diuus Ambroſius (In d. cap. Eſt probanda ibi Subſidium neceſſitatis non tamen ut illi ditiores fieri uellint) ſenſit; & aperte determinat

maior

maior (in 4. d. 24. q. 19.) ſatis forti argumento fretus. Nobis tamen uidetur quod huiuſmodi prælatus poteſt dare iuſte tali fratri aut nepoti plus aliquantum quo ſe ita tractet ut a prudentibus religioſisque uiris non habeatur minoris, poſt cognati promotionem, quàm antea: Eius enim dignitas efficit, ut illi maiorem neceſſitatem patiantur, quàm antea, & quod non habeant neceſſarium pro ſtatu ſuo, qui per augmentum ſtatus tam proximi cognati aliquantum creuit. Et decet ut qui cauſam damni dat, id reſarciat, arg. cap. fin. de Iniur. & l. Qui occidit. ff. ad. l. Aquiliam. Sed non eſt dandum illis tantum quantum ut plurimum petunt, nec tantum quo ſuperbi, otioſi, uitioſiue fiant. Et quia certum eſt poſſe illis dari tantum quantum extraneis eiuſdem qualitatis, id, quod etiam prædict. Concil. Trid. ſenſit in d. cap. 1. Seſſ. 25. de reformat.) conduceret ut huiuſmodi prelatus uteretur eorum miniſterio in, negotiis & officiis in quibus lucrifacientes id quod ab aliis

lucrifieri poterant, honeſte uitam agerent, quos ſi id facere nollent ob eorum culpam, ſine ſua deſtituere poſſent.
Totum quod in hoc corollario continetur, approbare uiſus eſt nunc beatiſſimus Pater & dominus noſter Pius V. aſſignando pro dote cuidam nepti ſuæ, mille quingentos aureos, magno rogatu ut fertur, addito alios quingenteos, exemplo raro, mirando, tamque ſanctiſſimo Papa digno.

Quintum decimum, quod etiam iuſte expēſum dicetur, quicquid prælatus expenderit ex prouentibus ſuis in eum qui non eſt pauper, ſi de patrimonio ſuo, ſiue de acquiſitis induſtria ſua, tantundem ad utilitatem eccleſiæ ſuæ, uel pauperum expenderit. illud itidem quod in honeſtam ac decentem hoſpitalitatem. (Arg. cap. De monachis de præb. & . §. 1. 42. diſt. & cap. 1. 82. d. & illius Ciceronis lib. 2. offic. Decorum ualdē eſt, patere illuſtribus hoſpitibus, domos uirorum illuſtrium) ſiue conuiuium (cap. Conuiuia 44. d.) impenderit, aut neceſſitatem eius, qui

ea quibus indiget non poteſt aliunde habere; quæ ipſum non decet ei uendere: Id item quod elargietur in remunerationem obſequiorum honeſtorum (Arg. cap. Ad hæc & cap. Relatum 2. de Teſtam.) tam ſuorum cognatorum quàm aliorum; aut ad ſorores, uel conſanguineos pauperes, æquali connubio iungendas, &c. prout in Manuali tractauimus (in cap. 25. n. 27.)

SVMMARIVM.

Beneficiarij nequeunt inſummere ob ſolam liberalitatem, nec humanam amicitiam n. 68. Poſſunt tamen in colligendos honeſte hoſpites, qui eorum eccleſiæ uel beneficio prodeſſe ualent. n. 69.

Monaſterium ſanctæ Mariæ à Paulari laudatum n. eodem.

Beneficiarius ſecularis poteſt cuilibet largiri id quod meretur ob maiora obſequia quam quæ ſuum beneficium requirit. n. 70.

Intellectus illius Pauli. Presbiteri, qui bene præſunt &c. n. 71.

68 SEXTVM decimũ quòd ſola liberalitas aut amicitia humana non ſufficit

ad huiuſmodi ſumptus iuſtificādos. Primo quia hoc non facit ut opus illud ſit actus alicuius prædictarum uirtutum. Secundo quod ſanctum Concilium Tridentinum (In ſeſſ. 25. cap. 1. de reform.) omnino prohibet Epiſcopis, & quibuſcunque beneficiariis eccleſiaſticis, etiam ſi ſint Cardinales, ne conſanguineos & familiares ſuos, niſi fuerint pauperes eccleſiaſticis prouentibus extollant. (id quod olim ſtatuerat ſexta ſynodus relata in cap. Quiſquis 12. q. 2. & concil. Tolet. in cap. Decenter 89. d.) quin eos uehementer monet, ut carnalem erga ſuos affectum ex animis euellant, uti radicem & originem multorum malorum (quod colligitur ex gloſ. adiuncto tex. cap. Peruenit, 1. q. 3.) quod non faceret ſi liberalitas, & humana amicitia, iuſt am dandi eis cauſam conſtitueret.

69 Decimum ſeptimum quod ex hoc inferunt aliqui, non eſſe bene impenſum id quod in quibuſdā Eccleſiis & Monaſteriis impenditur, hoſpitando aliquot conſanguineos, ac iure conſultos, aut nobiles

les per ea tranſeuntes, aut in ipſa per aliquot dies animi gratia ſeſe recipientes. Nobis tamen ſemper uiſum eſt contrarium. Illa enim non eſt pura liberalitas (quæ conſiſtit in pura donatione, de qua in .l. 1. ff. de donat.) imo donatio ob cauſam. (Quæ non eſt pura donatio iuxta prædict. l. 1. & totum titulum .ff. de cond. cauſ. dat. & C. de condit. ob cauſ.) & artificium acquirendi & conciliandi uoluntates eorum, qui fouerunt aut fouendi poteſtatem habent eorum iura, & cauſam, in iudicio aut extra illud. Dummodo ita fiat ut abſit epularum curioſarum uel immodicarum, & uinorum nimia exuberantia. (cap. A crapula de uita & honeſt. cap. Eccleſiæ principes 35. diſt.) Nec cum ab omni genere mali cauendum ſit. 1. ad Theſſal. 5. & cap. Cum ab omni de uita & honeſt.) ſignificent, non tanti habere paupertatis ſtatum, quem profeſſi fuerunt, quam diuitiarum quem deſeruerunt per uotum paupertatis, quod ſe protendit ad renunciationem bonorum ſecularium. Thom. 2. Sec.
 q. 186.

q.186.ar.7.ad 4.) Et nitentes quærere honorem temporalem, quem effugere debent, ibidem (uterque Thom.) non amittant ſpiritualem, quem procurare tenentur. Ne item hoſpites ædificandos bono exemplo temperantiæ, modeſtiæ, abſtinentiæ, ac ſobrietatis, uitijs eis contrarijs offendant, & ita abeant reprobantes magis immoderatam eorum exhibitionem, quam approbantes moderatam ipſorum hoſpitalitatem. Hodie octauo die Iulij anni 1566. in hac ſanctiſſima ordinis cathurſiani domo ſanctæ Mariæ a Paular, quæ eſt cœleſtis imago in charitate, religione, tranquillitateque. Vbi mihi cum ad eam Mantua capētaria ſiue Madrid pene mortuus delatus eſſem, Virgo Mater, eius patrona in tertium diem priſtinam ſalutem impetrauit, horum ipſius ſeruorum & dominorum meorum in ea commorantium interceſſione. Hodie inquam legēs ſanctas eorum conſtitutiones, (quibus in tanta perfectione tota carthuſiana congregatio conſeruatur) unam inueni, cuius exemplum hic poſitum, ea quæ dicta

ſunt

ſunt unice probat, ſcilicet. In 3. compoſi. c. 6. Hoſpitibus cum ad nos ueniunt aut per nos inuitantur ad conuiuia, non mi niſtrentur nec præparentur diuerſa & ex quiſita cibaria, ex quibus & religioſi & ſe culares, imo etiam & ipſi hoſpites ſcan dalizantur, & grauantur, unde duobus non curioſe præparatis ferculis, cum co quina caſeo & fructibus debent eſſe cõ tenti, niſi tantæ dignitatis &c. hæc ibi; fa ciunt. c. Non ſatis, & c. Pulchra 86. d.

Decimum octauum quod pro noſtræ con

70 cluſionis limitatione, opinio Iohannis Maior. (In 4. d. 24. col 4.) teneri poteſt, ſ. beneficiarium non magis mortaliter pec care, expendendo prodige de ſuorũ pro uentuum parte quàm merentur eius la bores, & utilitas, quã affert eccleſiæ Dei, ultra mediocre ſeruitium, quod eius be neficium requirit: quàm expendendo de portione cuius eget ad neceſſariam ſui ſuſtentationem, de qua quinto corolla rio dictum eſt. Primo quidem quia lege naturali diuinaque, dignus eſt operarius mercede ſua. (Luc. 11. ad corinth. 9. & c. 1.

13.q.2.) Deinde quod ſi uniuerſalis eccleſia omnes eccleſiaſticos prouẽtus in uno cumulo haberet, & ſeruientibus ei ſatiſfaceret, unicuiq; deberet pro merito tribuere, tribuendo plus ei,qui plus meretur. Tertio quòd certum eſt clericum, cui eccleſia daret de ſua menſa tercentos ducatos,eo quod labor eius & commodum quod ei affert eos merentur, poſſet de illis omnibus libere diſponere.(Quoniam eſſent bona per induſtriam eius acquiſita, quæ ſunt ei patrimonialia, & ab onere bonorum eccleſiaſticorum libera, c.Quia nos de Teſtam.& ca.Epiſcopi 12. q.1. & dictum eſt in primo dicto ſupra) etiam ſi centum ei ſufficerent ad uitam
71 honeſte tranſigendam. Qua ipſa ratione uidetur quòd idem facere poteſt de tercentis ducatis,qui redeunt ex eius beneficij fructibus, quanuis centũ ex illis ſufficerent ipſius honeſtæ ſuſtentationi, ſi obſequia,quæ facit,præter ea quibus obſtrictus eſt,id merentur. Poſtremo quòd illud Appoſtoli.(1.at Timot.5.) Presbyteri qui bene præſunt duplici honore di-

gni

gni habeantur, maxime, qui laborant in uerbo,& doctrina, quanquàm à nonnullis. præſertim ab utroque Tho. (in d. c. 5. 1. ad Timot.) intelligatur de ſtipendio & reuerentia: recte tamen intelligi poteſt de duplici uel maiori ſalario, ut Gelaſius (in cap. Conſuluit 74. diſtinct.) & Gloſſa ſolennis ex eius dicto colligit, presbyteros plus ſalarii recipere debere quàm diaconos, plus autem hos quàm alios minores, id quod optime in epiſcopatu Palentino, perpenſum reperitur. Cuius rei ratio eſt quòd presbyteri magis operantur in eccleſia præcipue ſi concionantur,& doceant, ita ut nobis fateri liceat, quod ſi duo habeant ſingula beneficia redituum tercemtorum ducatorum, ambo poſſunt pro libito expendere id, quod illis ad ſe honeſte ſuſtentandum opus eſt, boni uiri iudicio: etiam ſi ſuis beneficiis pluſquam mediocriter nõ inſeruiant, fingamus id aſcendere ad centum & quinquaginta, quo ad ſuſtentationem, iam ſi alter eorum non magis inſeruiat quam omnino tenetur, alter uero

multo

multo magis, audiendo confeſſiones, cõcionando, docendo, uiſitando, infirmos conſolando, pacis & aliorum huiuſmodi curam habendo, poterit hic rectè expendere tanto plus, quantum eius ſeruitia ſuper erogatoria, pro boni iudicio merentur. (meritis enim inæqualibus inæqualia præmia debentur Thom. 1. Sec. q. 47. ar. 7. ad 3. Et gratia maior datur uni quã alii. 1. Sec. q. 112. ar. 4.) quæ ſi alia centum & quinquaginta ualuerint, poterit is, de toto ſuo reditu pro ſua uoluntate diſponere, nil plus de illo pauperibus erogando, quàm laicus alius de ſuo. Quæ concluſio conſolans eſt & incitans, addensque eis calcaria, qui magnos prouentus habent, ut operari quoque magni ſint in uinea domini.

SVMMARIVM.

Beneficiarius non amittit ſuos fructus eo ſolo quòd male uiuit contra Adrianum, nec etiam non celebrando horas amittebat, uſque ad Concilium Lateranenſe, nu. 72.

Beneficiarij minores, mediocres, & Epiſcopi quo ad hoc.

hoc. æquales,nu.73. Prouentus item distributionum & alij,nu.74.
Ordinatum ad augmentum religionis non debet operari diminutionem,nu.74.
Beneficiarius pro uoluntate ſua diſponat de rebus quæſitis ſui ordinis ratione,puta per confeſſiones,&c.nu.75.
Conſuetudo contra hanc cõcluſionẽ nõ prodeſt.n.76.

DECIMVMNONVM quòd dura
72 nimiũ uidetur opinio Adriani. (In 4. de Reſt.q.14.col.9.) .ſ.quòd beneficiarius qui male uiuit, aſſidue Deum offendendo, ſui beneficii fructus amittit,eosque reſtituere tenetur, quomodocunq; illis utatur. Durior uero Cardinalis (Alex.in sũma,12.q.3.) uidelicet, quòd eos amittit pro rata temporis ille,qui malam uitam agit interdum, & ſi non ita uiuit aſſidue. Quoniam uerius exiſtimamus, quod dummodo titulum habeat canonicum,ſuasque horas celebret, eos non amittat. Imo de illis legitime uiuere poteſt. Primo quia neque textum neque rationem neceſſariam habent, quo ſuam probent opinionem. Deinde quod legibus,

bus, quas illi citant, reſponderi poteſt, quod neque cauſa totalis, neque etiam magis præcipua qua eos acquirit, eſt bona uita, ſed titulus, & officium diuinũ quod potiſſimum conſiſtit in horis canonicis celebrandis. (Quæ appellantur penſum ſeruitutis in c. Presbyter 91. d. & c. 1. de celeb. miſſ.) Poſtremo quia communis opinio (Pan. & aliorum in c. 1. de celebra. miſſ.) affirmat: quod ante lateranenſe concilium (coactum ſub Iulio 2. & continuatum ſub Leo. x. Seſſ. 9. §. Statuimus, quem explanauimus in Repet. cap. Quando de conſecr. d. 1. c. 7. a nu. 31.) non amittebat fructus ille qui non celebrabat horas canonicas. Imo neque poſt illud qui non celebrat intra ſex menſes ab eo habito (ut in prædicto. §. Statuimus ſtatutum eſt.) At conſtat eum qui non celebrat male uiuere. Attamen tam integrorum & doctorum uirorum opinio notanda eſt, ad retrahendũ a ſuis uitiis eos, qui palam eis utuntur.

Vigeſimum, quod quantum ad hoc nihil
73 intereſt inter epiſcopos & Rectores, atq;

Priores

Priores & Parrochos, nec inter hos, & canonicos & portionarios, nec inter hos & capellanos, aliosque ſimplices beneficiarios, quanquam aliter ſenſit Caietanus (2. Sec. q. 185. ar. 7.) ut Dominicus Sotus prudenter dixit (lib. 10. q. 4. ar. 9. de iuſt. & iur.) quia in omnibus eadem ratio militat, cum omnes fundati ſint in bonis eccleſiaſticis, quæ IESV CHRISTI patrimonium exiſtunt, & in omnibus locum habent, quibus dicta communis, & noſtra concluſio nititur, conciliumque Tridentinum (Seſſ. 25. c. 1. de Reformat.) non ſolum prohibet epiſcopis, ſed etiam cæteris beneficiariis ne ſuos conſanguineos & familiares, de prouentibus eccleſiaſticis diuites efficiant.

74 Vigeſimum primum quoad hoc propoſitum nihil referre ſi prouentus quærãtur ex quotidianis horarũ diſtributionibus aut ex communi cumulo, quod groſſam appellant. (Quicquid ſentiat glo. Guillelmi uerb. Conſueuit in Extrauag. Suſcepti ne Sede Vaca. inter communes) primo quòd alia bonorum quærendorum ratio-

ratio conſtituta per eum, qui ipſa recipit, non poteſt mutare finem ob quem ei data fuerunt ab alijs (l. 1. & l. Legatum ff. de adim. rer. ad ciuit. pert. & clem. Quia contingit de relig. dom.) Deinde quòd diſtributiones ſubrogantur illi cumulo groſſæ, & ſubrogatum habere debet qualitatem illius cui ſubrogatur. (l. Si eũ. §. qui iniuriarũ. ff. Si quis caut. & c. Eccleſiam S. Mariæ ut lit. pen.) Tertio quod ſtatutum ad unum finem contra illud operari non debet (l. Legata inutiliter ff. de adim. leg. & capitu. final. de uerb. ſig.) At finis in quem inſtitutum eſt in multis Eccleſiis, ut prouentus per diſtributiones quærantur eſt, ut clerici magis obſtringantur, fiantque religioſiores, quàm eſſent, ſi eoſdem aliter quærerent, & conſequenter non debet maiorem licentiam & minorem religionem in illis operari, quo liberius & minus religioſe de illis diſponere ualeant, quàm antea, quando quærebantur ex cumulo communi. Poſtremo quod nihil obſtat (cap. 1. de cleric. non reſid. lib. 6.) quo

non

nonnulli nituntur, ob id quod inferius
(In q. 2. n. 14.) illi reſpondebitur.
Vigeſimum ſecundum quòd dictæ conclu
75 ſioni non eſt locus in eo quod clerici ra
tione ſuæ dignitatis clericalis, extra ſuo
rum beneficiorum fructus lucrantur, pu
ta per miſſarum celebrationem, aut per
officium capellanorum &c. quæ commu
nior ſentẽtia eſt (Quam tenet Cyn. In
Auth. Licentiam. C. de Epiſcopis & cle
ricis. Pan. in cap. Cum eſſes n. 26. & in
cap. Cum in officiis de teſtam. quem ſe
quitur Card. in ſumma 12. q. 5. & Peruſi
in rub. de teſtam. col. 31.) Idemque ſen
timus nos de eo quod lucrantur ob con
feſſiones, officia diuina, ſtipendia pul
pituum, ſiue capellanias, & uicariatus, ſi
ue ſua beneficia obſtringant eos ad id, ſi
ue non, ob id quod ſuperius (eod. n. 7.)
dictum eſt.

Trigeſimum tertium, quod nobis beneficia
76 riis non prodeſt dicere quòd conſuetu
do beneficiariorum donandi huiuſmo
do bona quibus, quantum, & quomodo
eis uidebitur, nos excuſat, quia nulla ta

lis

lis eſt & ſi qua foret non ualeret nec pro deſſet quicquam. Quoniam non ualet nec prodeſſe poteſt conſuetudo contra legem naturalem uel diuinam (cap. Quæ contra. cap. Veritate 8. d. cap. In his 11. d. cap. Fin. de conſt.) imo dicitur in Iure corruptela (cap. Mala 8. d.) talisque diceretur hæc, eo quod dicta concluſio neceſſario de legibus naturalibus ac diuinis infertur. (Nam omne quod in bona conſequentia ex lege diuina & naturali infertur lex diuina uel naturalis eſt, ut colligitur ex Thom. 1. Sec. q. 94. ar. 2. & 5.) ut ſupra monſtratum eſt. (In 3. dicto. n. 13. & ſeq.)

SVMMARIVM.

Magnus quidam prælatus huius concluſionis magnum dedit exemplum. n. 77.

Beneficiarius de ſuo beneficio uiuere poteſt & alia ſua bona ſeruare cuicunque uoluerit n. 78.

Beneficiarius & penſionarius quoad hoc non differunt. n. 79.

Remedium ordinarium utilius quàm extra ordinarium n. 79.

Beneficium regulare nunquàm ſeculari collatum eſt com-

neque ſeculare regulari in titulum, ſed in commendam ſic. n. 80. tantæ tamen authoritatis habent commendatarii quàm titulares n. 81.

Religioſus ſi & quid dare poteſt de eo quod parcius uiuendo reliquum facit. n. 82.

Comedunt aliqui plus ſumptu alieno quàm proprio & quando licet comedant parum non ſoluunt minus. n. 83.

Religioſus donare poteſt conceſſione ſeu conſuetudine iuſta. hoc n. 84.

VIGESIMVM quartum quòd inſigne exemplum & imitatione dignum fuit illud, quod quidam pa-
77 ter dominicanus ualde uenerabilis & per magnus concionator quem nos cognouimus, exhibuit. Is prælato cuidam primario morti proximo, qui ſupellectilem ſuam, & actiones multi ualoris uni nepoti ſuo legauit, duabus uel tribus horis antequàm moreretur, dixit quòd ea de cauſa ſola damnaretur, niſi ſibi conſuleret, & prælatus, uti uir ſingulari uirtute præditus, timore tremens de remedio conſuluit, quod cum intellexiſſet conuertit illud legatum in aliud pium

opus illuſtre quod etiam hodie in ciuitate quadam primaria refulget. Cuius ſimilia quædam acta ſunt, nobis conſulentibus a nonnullis beneficiarijs, qui alioqui ſuos conſanguineos ditandi cauſa damnati fuiſſent, nam id effugere nequibant, etiam ſi uera eſſet opinio eorum, qui dicunt eos non teneri ad reſtituendum ea, quæ in uſus prophanos expendunt. Quoniam ipſimet fatentur mortaliter peccare illos, qui ſic expendunt. Et ita morientes huiuſmodi legata non retractando, quæ retractare poterant, nõ ſatis pœnitebat, & diabolus eorum animas rapuiſſet (cap. Firmiſſime 15. q. 1. cap. Omnis de conſecr. d. 4. & hæredes eorum bona parum de ipſorum pœnis indolentes poſſiderent.

Vigeſimum quintum; quod uehementer
78 conſolitur beneficiarios illud Innocentii ab omnibus fere ad probatum (In c. Epiſcopus de præb. & in c. Quoniam, ne præla. uic. quem Pan. ſequitur cum communi in d. c. Epiſcopus, & in c. Poſtulaſti de Reſcript. & licet Decius ibi tenuerit

contra-

contrarium, tamen in d.c. Epiſcopus ſequitur communem, quam etiam Adria. Maior. & Sotus tenent ubi ſupra) uidelicet, quod omnes uiuere poſſunt, atque capere de ſuis prouentibus eccleſiaſticis, quantum ad congruam eorum ſuſtentationem opus eſt, & ſeruare quibus uolent ſuum patrimonium cum eius fructibus. Eadem ratione, quanuis illi non id penitus exprimant: idem facere poſſunt, de illis quæ conſequuntur, ex quacunque induſtria ſua litterarum, munerum, negotiorum, legationum, cõtractuum, ac donationum, & aliorum modorum non pertinentium ad eorum beneficia neque bona; (Quia ut dictum fuit in 1. dicto, omnia huiuſmodi sũt eis, perinde ac patrimonialia. Arg. cap. Quia nos de Teſtam. & cap. Epiſcopi 12.q.1.)

Vigeſimum ſextum, quod id ipſum, quod
79 dictum eſt de beneficiariis eccleſiaſticis, dicendum eſt de penſionariis pẽſionum eccleſiaſticarum, quas Pontifices Max. conſtituere ſolent ſuper fructibus ali-

 quorum

quorum epiſcopatuum,& aliorum beneficiorum ad uitam eorũ, uidelicet quod quicquid inde ſupererit illis de ſumpto eo,quo ipſi pro decenti eorũ ſtatu egent, tenentur expendere in pauperes aut alia pietatis opera. Primum quia res tranſeunt cum oneribus ſuis (c. Ex literis de pig. c. Paſtoralis de Deci. & l.1.C.de Diſtract. pig.)& Summi Pontifices non abſoluunt ab onere cui ſubiacent fructus beneficii,nẽpe ut ea quæ ſuperſunt pauperibus aut operibus pietatis erogentur; eo quod iubeant,ut alius qui nõ ſit beneficiarius, eos ad ſui ſuſtentationem accipiat. Secundo,quod conceſsio penſionum, plus efficere nõ debet quàm uelet ille,qui concedit eas. Arg. l.Non omnis ff.de Reb.cred. & l. In agris.ff.de acquir. rer.dom.) & Summi Pontifices in ſuis diplomatibus apponere conſueuerunt, quod eas concedunt pro alimentis, ut commodius penſionarii poſsint ſuſtentari: (Palam ſignificãtes nolle ut eas prodigant,arg.§.1.42.diſt.& §.1.44.d.)Tertio quod remedium ordinarium fauorabilius

lius eſt quàm extra ordinarium (Gloſ.ſolemnis & penul.clemen.2.de offi.or.l.In cauſæ la 2.ff.de Min.) At reditus penſionum eſt extra ordinarius. Cum ergo reditus beneficiorum licet ſit ordinarius ad id oneris teneatur, non conuenit ut penſiones ſint immunes ab eo. Quarto quod ei qui minus meretur non debet plus dari (Arg.§.1.Inſtit.de iuſti.& iur. & l.Iuſtitia.ff.eodem tit.)& minus meretur penſionarius,qui celebrare non tenetur officium diuinum,ut late tradidimus(in c.Quando de conſec.d.1.c.17.nu.14.)neque ſeruire,quã beneficiarius qui utrunque facit. Quinto quòd qui contradixerit æque dicere debet quòd ſi ſummus Pontifex uni concederet centum ſeu du centorum millia ducatorum in penſionem poſſet is de illis in uita & in morte diſponere tanquam de patrimonio ſuo, quod a ratione diſſentaneum eſt &abſurdum (& ideo non dicendũ. l.Nam quod abſurdum de oper.liber.ca.Dudum 2.de præb.lib.6.)

Vigeſimumſeptimum quòd & ſi ſedes Apo

ſtolica ſemper illam regulam. (c. Poſſeſſiones de Reb. Eccleſ. c. Inter quatuor de Relig. domi. c. Cum de beneficio, & c. Cum ſingula §. Prohibemus de præb. lib.
80 6.) Obſeruauit. uidelicet. Regularia regularibus, & ſæcularia ſæcularib⁹, in nõ conferẽdo beneficium regulare ſæculari, nec ſæculare regulari in titulum, niſi tantum in commendam ad uitam: utrique tamen ita diſponere poſſunt de fructibus commendarum beneficiorum, per ſummum Pontificem ad uitam commendatorum, ſicut de fructibus beneficiorum in titulum collatorum pro conuenienti ſua ſuſtentatione, dando ſuperflua pauperibus. Primum quod in ipſis diplomatibus Pontifex Max. illis concedit facultatem, in ſuos ipſorum uſus expendendi. Deinde quod commendatarius tantum iuriſdictionis & authoritatis habet in adminiſtratione beneficij commendati (præcipue per ſummum Pontificem ad uitam, alienandi poteſtate excepta, quam eiſdem adimit per ſua diplomata) quantum titularis (cap. Quærelam

ubi Panor.not.1.de electo.Pan.& Dec.in cap. Edoceri ſub finem de Reſcript.) Per quod tolluntur quidã ſcrupuli,qui nonnullis inciderũt ſuper quibuſdam rebus, ad commendatarios Roncæ uallis,& ſancti Iſidori Legionenſis ſpectantibus.

Vigeſimumoctauum, quòd uera exiſtit ele-
81 gans illa Cardinalis Florentini regula(In Clem.2.de uita & honeſta.cler.§.Sed tales & in Clem.Gratiæ de reſcrip.col.pe.) uidelicet quod eandẽ poteſtatem,quam habent ſæculares diſponendi de ſuorum titularium beneficiorum & commendatorum prouentibus, habent etiam regulares,de ſuorum beneficiorũ titularium, & commendatorum reditibus.Primum, quod ratio propria, qua ſeculares prouentibus ſuis uti poſſint ad moderatam ſui ſuſtentationem , ſuperfluis in pauperes diſtributis, non eſt quod illi ſint eorum integri,& abſoluti domini; ſicut ſuperius probatum eſt(In 3. dicto, nu.4. & ſeq.& infra in q.2.in confutatione arg.1. dicemus,nu.14.) Sed quod eccleſia eiuſque miniſtri conſtituerunt eos eorum

prouentuum diſpenſatores per titulos canonicos quos in id conferunt. quo munere etiam religioſus fungi poteſt, etiam ſi non poſſit eſſe uerus alicuius rei temporalis dominus, ob ſolemne ſuum paupertatis uotum. (ca. Non dicatis 12. q. 1. cap. Cum ad monaſterium §. fin. de ſtat. monach.)

Vigesſimumnonum, ex hoc corollario pro-
82 ximo ſequi, quod quemadmodum ut ſupra (coroll. 9. nu. 59.) ſignificatum eſt, clerici ſeculares poſſunt elargiri cuicunque uoluerint illud, quod parcius uiuendo ſupereſſe faciunt, de eo quod in honeſtam ſui ſuſtentationem impendere poterant. Ita quoque religioſus, facere poſſit de illo quod parcius uiuendo ſupereſſe faceret de parte illa, quam honeſte ualet in ſuos ſumptus expendere. Primum, quia ratio radicalis ob quam ſæcularis illud facere poteſt, nõ eſt quod ille dominium eius adipiſcitur, ſed quia eccleſia per ſuos titulos eidem concedit, ut illud pro uoluntate ſua poſſit expendere. At huius facultatis æque capax eſt religioſus ac ſecularis

cularis licet non ueri dominii eius. Secundo, quoniam hoc plus adiumenti præſtat ad ſeruandam caſtitatem (ut docet experientia quæ optima eſt rerum magiſtra cap. Quàm ſit de electione libr. 6. l. Legatis. §. ornatricibus, ff. de legatis 3.) & paupertatem uoto ſuſceptas. eo, quod occaſionem præſtat minus edendi, bibendi, & minore pompa utendi: Quia fere omnes minus edunt, potant, ueſtiunt, & minorem familiam habent, quando ſciunt quod ea quæ omittunt impendere in illis, ſeruare poſſunt in eleemoſynas & alia uirtutum opera, quàm cùm cognoſcunt quod non plus reliqui ſibi facient, ſi ſe abſtinuerint, quàm ſi ſe ſaturauerint, & pompauerint. Et perſpectum habetur quod ad caſtitatem, abſtinentia cum ſobrietate conducunt (iuxta illud hymni horæ primæ, Carnis terrat ſuperbiam potus cibique parcitas, & illud Anaſta. Abſtinentia continentiæ nutrix eſt; citatum a gloſ. Cle. Ne in agro de ſtat. monach. in prin.) & ad pōpæ mundanæ contemptum parcus

cus indumentorum & famulorum uſus. Tertio, quod ſingulo quoque die cernuntur qui ſatis ſaturi, et induti dicũt, comedamus etiã hoc, & bibamus illud, & hoc aliud induamus, quandoquidem neque plus neque minus ſoluturi ſumus. Multi
83 uiatores, qui obſeruarent ieiunia diebus ab eccleſia præceptis, ea non obſeruant in magnis Galliæ ac Italiæ diuerſoriis, quoniam tantum oportet eos ſoluere incenatos quàm cenatos. Quin & multi religioſi ſunt, qui minus carnis, & fructuũ comederent, & minus uini biberent, paucioribusque indumentis, & calceamentis uterentur, & indumẽta calciamẽtaq; magis conſeruarent, ſi propterea paulo plus illis elargiretur ad libros emendos, ad conſanguineos pauperes eleemoſyna ſubleuandos, & ad alias reculas, quæ eos conſolarentur, quàm ſcientes quod non plus ſibi accipient quàm expendent. Quarto, quod aliquando reſpondimus; monachum uel fratrem, quem conuentus mittit longius, aut ad diuturna negocia, quantitate pro quotidiana impenſa aſſi-

aſſignata, eo pacto, quod neque plus ea neque minus dabitur ei ſiue multum ſiue parum expendat, poſſe de eo quod ei ſupererit parcius uiuendo eleemoſinam elargiri, licet ipſe ſit ſimplex monachus, qui eam abſque alia facultate facere non poteſt. (Iuxta gloſ. c. Non dicatis 12. q. 1. & Clem. 2. de uita & honeſt. cleri. uerb. Cõuertendũ.) Quinto quod Alexander tertius (In c. cæterum de Donat. quod in hoc dixit ſingul. And. Sic. In tractatu de præſtan. Card. q. 10. ar. 6.) reſpõdit, quòd conſuetudo poteſt dare facultatem religioſo donandi aliquid, quo nõ grauetur multum eccleſia, quod palam uerum eſt quoad reditus, de quibus concluſio noſtra loquitur, ut ſentiunt (Pan. Imol. & alii omnes in d. c. Cæterũ) atq; notum eſt donationem illius, quod parcius uiuẽdo quæritur, non afferre multum damni eccleſiæ. Verum tamen eſt quòd hactenus uidebatur nobis uerius, contrariũ huius corollarii; eo quod religioſus non eſt dominii capax. Et ideo non poteſt eſſe dominus illius quod parcius uiuẽdo quærit

rit ſicut clericus ſecularis. Nunc tamen uidetur quoad hoc reſponderi per primam huius corollarij rationem . ſ. quod ratio radicalis, quare ſæcularis diſponere poteſt de illo, quod per parcam uitam lucratur, non eſt tã, quia ipſe ſit integer dominus illius, quam quod eccleſia iuſta de cauſa, facit ei facultatẽ diſponẽdi de illo. Quæ ratio æque locũ habet in religioſo, ſicut probatur efficaciter in dicta reſponſione Alex. tertij. (In d.c. Cæterum) quod maximi momenti, eſt ad excuſandos à peccato multos religioſos, qui ſunt Abbates, priores, aut beneficiarii minores qui nonnullos pauperes conſanguineos ſubleuant eo, quod parcius uiuendo reſiduum faciunt.

S V M M A R I V M.

Beneficiarius tam egrotans quàm bene ualens donandi facultatem habet & ſi teſtari non poteſt, n.85.

Et lepida ratio quare beneficiarij teſtari prohibentur & non donare, nu.86.

Intellectus c. Ad hæc. de Teſtam. nu.87.

Beneficiarius religioſus, qui egrotat an donare poſſit pauperibus & pijs operibus, nu.88.

TRI-

TRIGESIMVM quòd & ſi beneficiarij ægrotantes de reditibus ſuis eccleſiaſticis teſtari non poſſunt, ut in 3.
85 q. dicemus, donare tamē poſſunt per uiā eleemoſynæ inter uiuos, ſiue ſani ſint, ſiue egroti, pauperibus, aliisq; piis operibus. Quod enim hoc facere poſſint dum ſani ſunt conſtat. Quia ſuperius (color. 3. nu. 51.) dictum eſt eos non ſolum id poſſe, uerū etiam at id teneri: quod autē etiam dū egrotant id ipſum facere poſſint probatur. Primum quia textus (ut hic. Hier. cum aliis ſupra citatis) qui faciunt huiuſmodi facultatem beneficiariis, & præcipiunt ut illa utantur, generaliter loquuntur: (& ita generaliter ſunt intelligendi. l. De pretio. de public. in rē actio. c. Solitæ de maior.) non excipiendo infirmos à ſanis. Deinde quòd per infirmitatem non amittunt ſuos titulos (c. Tua. & tot. tit. de cleric. egrot.) quibus Sancta Mater Eccleſia prædictā facit facultatē. Tertio quod Alexander tertius declarat aperte. (In c. Ad hæc de Teſta.) maiorem beneficiario eſſe facultatē, dū ægrotat ad largiēdas eleemo-

eleemoſynas per modum donationis inter uiuos,quam per ultimã uoluntatem. Quarto, quòd id eſt appoſitum medium ad beneficiarios eripiendos ab ea perplexitate: quæ eſt contra c.Nerui 13.d.c.Nemo de pœnit.d.7.) quam inducit ex una parte obligatio cõferendi ſuperflua pauperibus,quam ſuperius. (nu.17.) confirmatam reliquimus.Ex altera uero prohibitio, qua uetantur ne dare quid poſſint per ultimam uoluntatem;de qua infra q. 3.nu.2.certe talis perplexio, ceſſat aperte ſi dixeris,poſſe donare inter uiuos bene-
86 ficiarios ſuperflua dum ægrotant. Quinto quod pauperibus, quibus ſuperflua ſunt erogãda, eſt multo magis expediẽs, ut cum non acceperint a beneficiario dũ ualeret, ſaltem dum egrotat accipiant. Sexto quod apertisſimum eſt bendficiarium aliquam portionem bonorum erogare poſſe. (Per c.Ad hæc de Teſtamen.) Sed eadem ratione qua conuincitur exigua portio poſſe dari, conuincitur etiam poſſe dari copioſe, quantum ad præſens negotium attinet. Nulla enim alia ratio
red-

reddi poteſt cur poſſint dare aliqua niſi quia habent facultatem id faciendi uirtute ſuorum titulorum. At uirtute eorum habet quoad omnia:ergo &c.arg. l.Illud ff. ad l. Aquiliam, & quia qui de uno dicit ut uidetur negare de alio diſſimili, ita uidetur affirmare de alio ſimili. Domi.in c.Qualis 25.diſt. & probat gloſſ. in uerb. Mobilibus in d.capi. Ad hæc.) Septimo quòd ratio potiſſima, ut latius oſtendemus inferius (In q.3.nu.2.) qua interdicitur beneficiariis,ne legare poſſint, ea eſt,ut certe uel ſic cogantur dum uiuunt erogare ſuperflua pauperibus: at quo ad hunc finem commodius eſt ea donare, quando aduerſa ualetudine laborat,quæ dum ualerent donare noluerunt, quàm non donare,& ob id poſt mortem hæredibus cedere. Octauo,quòd non obſtat, quæ ex aduerſo affertur ratio, ſcilicet in idem fere recidere,ægrotum morti proximum inter uiuos donare poſſe, & poſſe donare per ultimam uoluntatem. Vnde cum negetur hoc ſecundum, inferunt & primum denegandum. Non inquam id

obſtat, nam qui per ultimam uolũtatem donat reuocare poteſt id quod dedit ſi conualeſcat.(c. Vltima uoluntas 13.q.2.c. Cum Marthæ de Celebra.miſſ.) quod nequaquam poterit, ſi ſemel donet inter uiuos.(l. Sicut ab initio. C. de actio.& obli. l. Incommodato §. Sicut, ff. Cõmod.) Nec obſtant Alexandri uerba, qui dum permittit ægrotantibus poſſe aliquid donare inter uiuos; ſed moderatæ, uiſus eſt inuere à contrario ſenſu, non poſſe dare large uel immoderate, quod non eſt efficax argumentum. Tum quia adducta à ſenſu contrario (Licet alias dicatur fortiſſimum in iure l.1. ff. de officio eius cui manda.& c. Cum Apoſtolica de his quæ fiunt à prælat.) nihil probat, ſi ex ea colligatur aliquid contra id quod in iure habetur expreſſe (Gloſſa celebris, & recepta c. Significaſti de foro compe. ubi late Feli.& in eod. c. Ad hæc, eſt glo. adiuncto text. Nam textum loquentem ſolum de mobilibus, intelligit etiam de immobilibus.) Expreſſum autem eſt imo & præceptum à iure diuino naturali & humano.
(Per

(Per hoc c. & alia multa citata ſupra ead. q. à nu. 17.) non tantum beneficiarios dare poſſe ſuperflua pauperibus, ſed & debere; Tum etiam quia uerbum illud moderate referri poteſt ad alia bona eccleſiaſtica, quæ nec dum ſani ſunt beneficiarij, poſſunt expendere, & in hunc modum exponunt (Pan. & And. Sic. in 1. not.) uerbum illud. Non ergo uult Summus Pontifex, non poſſe beneficiarios morbo laborantes ea conferre pauperibus, quæ præſtare poſſent ſi ſuperuiuerent. Tantum id uult non poſſe dare de bonis aliis, niſi modicum quid, idque non aliis quàm pauperibus. Et certe textus ille, ut maximum id tantum probare poſſet. Donationem ita factam in maxima quantitate, per beneficiarium morbo graui correptum; ſuſpectã & fraudulentam haberi poſſe (Hunc intellectum ſatis ſentit ibi Panor. ſub finem, & etiam And. Sic. poſt Pet. n. 6. quatenus ait eiuſmodi donationem eſſe ſuſpectam & ſatis conſentit D. Didacus.) & donationem potius eſſe, quàm uocant cauſa mortis, quàm irreuo

cabilem inter uiuos. Nam ex eo quod noluit ea bona conferre cum ſanus erat, & citra periculum, non leuis ſummitur coniectura, non tam uoluiſſe dare libere & ſerio, id quod dedit dum in diſcrimine uerſaretur, quam per uiam ultimæ uoluntatis, aut donationis cauſa mortis. (Arg. c. Semel malus de reg. iu. lib. 6. cum gloſſ. & latisſime Didacus in Rub. de Teſtam. in p. 3. nu. 15. & nota in c. Tua & c. Is qui de ſponſ. Quæ duo quod huc attinet, cum agimus de effectu exequantur. (Bald. & Iaſ. l. 2. ff. de iuſt. & iur.) Ceterum coniectura hæc ſeu præſumptio, ſi coram Deo uera non fuit & disſimulata, donatio uim et ualorem nequaquam amittit in interiori conſcientiæ foro, ubi ceſſat omnis præſumptio, ueritasque ſola uiget & ualet. (c. Humanæ 22. q. 5.) Vt ergo tandem in hac parte finiam illud, ex his omnibus colligo, hanc piam donationem ualorem integrum ante Deum, & in foro conſcientiæ habituram. dummodo uero animo fiat ut irreuocabilis ſit, quamuis quoad forum exterius ficta & in frau-

 dem

dem facta præſumatur, ſi non apponatur remediũ, quod ex corollario trigeſimo-primo ſubſequenti poteſt deſummi.

Trigeſimumprimum corollarium, dubium
88 eſſe ſatis notatu dignum, an quæ dicta ſunt in corollario huic proxime præcedenti, efficere poſſint etiam religioſi beneficiarii graui morbo laborantes. & certe uidetur id eos minime poſſe; quippe qui nec legare permittantur, c.2.de Teſtamen.authẽ. ingreſſi.C.de ſacroſ.nec ullũ habeant aut habere poſſint rei alicuius dominium (c.Non dicatis 12.q.1.c.Cum ad monaſterium de ſtat. monach.) Nihilominus tamen oppoſitum nobis magis uidetur conforme iuri, licet hactenus nunquam aſſeuerare id ſimus auſi. Primum quòd ſuperius (corol.28.nu.81.) dictum reliquimus, diſponere tantum poſſe beneficiatios regulares de ſuis reditibus; quantum & de ſuis ſeculares iuxta doctrinam (Card. cui nemo contradixit in Clem.2.§.Sed & talis de uita & honeſ. cleric.) Hos autem id poſſe modo probauimus. Deinde quòd id non eſt teſtari,

piorum operum cauſa, in quibus nemo dubitauit. At uero qui donat,licet non tradat debitor conſtituitur. (Per d. l.Siquis argentum in princip. & aliis multis §§.)& ad id quod donauit perſoluendum obligatur. Quantumuis tamen hæc uera ſint,opinio horum Doctorum defendi poteſt,quoad donationes eximiæ cuiuſdam quantitatis,quæ fierent tempore ualetudinis aduerſæ, nam per dicta in præcedenti corollario,huiuſmodi donationes,quas non ſubſequitur traditio ſuſpectæ haberi poſſunt & fictæ.Traditio uero eorum quæ donantur coniectura ſufficiẽs eſt,ad adimendam ſuſpitionem qua præſumeretur donatio non eſſe uera inter uiuos & irreuocabilis. Videtur etiam nobis quòd præſumptio hæc reiiceretur ſufficiẽter,ſi is qui donat eſt fide dignus, & iuramento teſtatur,eam donationem non ficto,ſed animo uero facere,ut ſatisfaciat obligationi,qua tenetur,quæ ei ſuperſunt piis operibus & pauperibus erogare. iuret etiam ſe numquam eam reuocaturum quãtumuis poſtea ſit ſuperſtes.

Hoc enim uehementer adimet ſuſpitionem præfatam, maxime quando ob id non fit traditio, quia tunc fieri non poteſt.

Trigeſimum tertium corollarium non ſo-
90 lum non peccat, ſed etiam laude dignus eſt beneficiarius, qui à famulis & ab aliis accepta obſequia, munera, & beneficia, compenſat. Ea namque compenſatio non tam eſt cenſenda donatio, quam rei debitæ perſolutio, nam licet non intercedat obligatio, tanta quanta ſit neceſſaria ad hoc, ut peti poſſit ex rigore iuſtitiæ, intercedit tamen ea obligatio, quam antidoralem uocant, & uis debitæ gratitudinis. (L. Sed & ſi. §. conſuluit. ff. de pet. hær. c. Cum in officijs de teſtam.) At ingratitudo ut minimū eſt peccatū ueniale, ut probat S. Thom. (2. Sec. q. 107. ar. 3.) Abſit autē dicere quod Deo uel eccleſiæ ſit gratū, beneficiariū peccare uenialiter etiam in paupērū gratiā, (c. In ciuitate de uſuris. c. 1. 21. q. 2. cap. Si aliquid adiuncta gloſſ. 22. q. 4.) Nullus autem eſt, qui eccleſiā ipſam

beneficiarius ipſe regularis rei alicuius eſt dominus, etiam ſi dum proſpera uale tudine perfruitur, & tamen in pauperes aliaque pietatis opera diſtribuere poteſt libere reditus ſuos omnes, ob facultatẽ ſibi ab eccleſia pia matre noſtra per bene ficii titulum factam.

S V M M A R I V M.

Beneficiarius, qui quæ donat pauperibus non tradit eis, nec iurat, nu. 89.

Beneficiarius remuneret famulos, nu. 90. & quantum, nu. 91.

Ingratitudo ſemper peccatum, nu. 90.

Beneficiarius non ſolum poteſt expendere id quod eſt ei opus, quatenus eſt beneficiarius, ſed etiam quatenus eſt nobilis aut graduatus, nu. 92.

Beneficiarius prius poteſt ſibi prouidere quam Eccleſiæ quoad unum finem, & non quoad alium, nume. 93.

89 TRIGESIMVM ſecundum corollarium, Dubiũ eſſe, num ualitura ſit donatio ſuperfluorum bonorum, quæ beneficiarius prius donat piis

appoſita eſt ſatis ad ſexcentas remuneratorias augendas, quæ firmitatem habere nequeunt, niſi præcedant obſequia, quæ ſint eas commerita (De quibus in l. ſi forte .ff. de Caſtren. pec. & in l. Si donatione .C. De collat. & in cap. Relatum 2. & in cap. Ad hæc. de teſtam. & alibi ſæpe.

Trigeſimum quartum corollarium, bene-
92 ficiarium quemcunque poſſe de beneficii ſui reditibus expendere, non tantum ea quæ decentiæ & qualitati beneficii neceſſaria uidentur, ſed etiam quæ conditionem perſonæ decere uidentur ſeruata ratione generis, gradus & ordinis. Primum quidem quod Innocentius (In cap. Indecorum de ætat. & qualit.) abſolute permittit beneficiario ea expendere poſſe, quæ deceant ipſum; nec reſtringit ullo modo facultatem hanc ad beneficij decentiam. Deinde ſi id neges, fatearis oportet, tunc nihil amplius pro futurum beneficiario quoad ipſum attinet duo uel tria poſſidere beneficia, cum legitima diſpenſatione, ſi æqualis ſint cõ ditionis,

ditionis, quam ſi unum habeat tantum (quod eſt contra mentem cap. de Multa de Præb. & contra extrauag. Execrabilis Io. 22.) cum in ſui gratiam & utilitatem expendere amplius ei non liceat, quàm ſi unicum tantum beneficium haberet. Adde illud quod urget uehementiſſime, permiſiſſe quidē generale concilium (in d. c. De multa) cum nobilibus & literatis diſpenſari poſſe, ut plura quam ſingula poſſint obtinere beneficia. Cuius conſtitutionis is finis aperte fuit, ut talem agere uitam eis liceret qualis expediret generis nobilitati, gradibus atque litteris. Poſtremo id ipſum ex extrauaganti (Prædict. Execrabilis Io. 22.) conuincimus, quæ licet iniunxit, cunctis, qui beneficia incompatibilia poſſidebant, ut ea dimitterēt, ab eo tamen præcepto, excepit Cardinales & Regum filios, innuens aperte, eos poſſe de reditibus expendere non tantum que reſponderent ſatis qualitati beneficiorum, ſed etiam quæ reſponderent perſonarum conditionibus. Cæterum illud diligen-

aut Eccleſiaſticos eximere poſſit ab ea obligatione, qua cũcti tenemur exhibere nos gratos benefaciẽtibus nobis. (c. Eccleſiaſticis 12.q.2.ubi gl.dixit eccleſiã teneri ad antidora. c. Relatum 2. de Teſtam. c. Præcarie c. Epiſcopus 10.q.2.) Illud tamen diligenter eſt inſpiciendum, beneficiarios cauſa remunerationis non poſſe dare, niſi quantum ſatis eſt ad ſatiſfaciendum obſequijs & muneribus acceptis, idq; fatetur omniũ cõmunis ſententia (Quam poſt Barthol. in l. Si quis pro eo §. 1. ff. de fideiuſ. tenent Alexan. Iaſ. & Deci. in l. Si donatione C. de collat. cum aliis ab eo citatis). Quæ ſententia innititur illi inſigni cap. præfato Relatũ, ibi (Iuxta ſui ſeruitii meritum). Cæterum nos in ea ſententia ſumus, poſſe dari non tantum quod exæquet accepta beneficia ſed etiam aliquid ultra. Et inducit nos ad hoc aſſeuerãdum, quòd nõ ſatis gratus eſt, is qui accepit ab alio beneficium aliquod, ſi ſolum tantundem ei re penſet quantum gratis accepit ab illo, ut optime diffinit. Sanctus

ter expendendum; quod licet alimenta beneficiarii (ut ex textu. c. De his de eccleſiis ędific. quem ibi dixit neſcire le ali bi Pan. cui tamen ei ſimilis in .§. fin. 12. q. 1. colligitur) anteponantur reparatio ni templi, ita quod ſi quid deſit, defuturum potius debeat eccleſiæ, quam beneficiario: Id tamen intelligendum ue nit de illa portione, quæ ei obtingit in alimentum, iuxta qualitatem tantum eccleſiæ commenſuratum, & non iuxta qualitatem perſonæ. Nam ſi oppoſitum contendas, cogeris fateri neceſſario filium Regis habentem duo beneficia, quorum utrumque ualeret octingentos aureos, nequaquam obligãdum ad contribuendum partem ullam uel minimam in Eccleſiarum reparationem, & ornamentorum, quod eſt plane abſur dum. (Et ideo indignum relatu, & auditu. L. Nam quod abſurdum. ff. de oper. libert.) Facit quod anteponenda eſt omnino neceſſitas conſeruandæ naturæ, uitæque; neceſſitati conſeruandi decori perſonæ. ut docuimus

in

in Manuali (cap. 24. n. 3. poſt Thom. & alios multos quos ibi citauimus). Ex quo habes, non excuſandos a culpa milites religionum militarium, quos commendatarios uocamus, qui ob id quod nihil eis de reditibus ſupereſt abſumpta ea parte, quæ neceſſaria eſt ipſis alendis & ſuſtentandis, iuxta ſui ſtatus qualitatem, templa habent minantia ruinam uel certe non uti decet apparata, & multo peius adornata.

SVMMARIVM.

Rex Hiſpaniæ, qui ſuperat omnes prælatos excepto Papa in reditibus Eccleſiaſticis poteſt de illis ſuſtentare ſuum regale decus, & quantum debeat ſe abſtinere a diſpendendis illis in diuites & malos uſus n. 94.

Commendatarij profeſſi perpendant periculum male inſumendi ſuos reditus, n. 95.

Papa teſtari nequit n. 95. & latius infra, q. 3. coroll. 11.

Beneficiario ab aliquo qui recipit an peccat n. 97.

Confeſſarius beneficiarij, & eius qui recipit ab eo quid faciet n. 98.

Trige-

94 TRIGESIMVM quintum corollarium, Regem noſtrum, qui Reditibus eccleſiaſticis, plus quàm ullus alius eccleſiæ prælatus excepto ſummo pontifice abundat, quippe qui adminiſtrator eſt trium illorum magiſtratuum ordinum militarium, S. Iacobi, Calatrabæ, ac Alcantaræ, ac tertiæ partis decimarum totius Regni caſtellæ, & bonæ partis Regni Granatæ & inſularum fortunatarum, & aliarum prouinciarum nouè quæſitarum, non ſolum poſſe iuſte de reditibus magiſtratuum expendere quantum expedit officio magiſtratus & decentiæ, qua utebantur præceſſores ipſius, ſed etiam quæ expediat regali apparatui. Dum nihil deſit his, quæ ex præſcripto legum & ſtatutorum illorum ordinum ſunt facienda. Quamuis non defuerit cui magis arriſerit oppoſitum, hac ratione permoto, quod negari nequeat ea quæ ſuperſunt de reditibus Eccleſiaſticis cuiuſuis prædictorum magiſtratuum, illâ deducta quantitate, quæ ſat ſit magiſtratui quatenus magiſtratui

expen

expēdi nō poſſe in uſus prophanos iuxta ea quæ dicta ſunt in cōfirmatione conclusionis principalis. Multo uerius tamē apparet id quod dictum eſt ob eā quæ in præcedenti corollario definiuimus. Et ad argumentum pro aduerſario factum, eo quod a quibuſdā eruditis plus quàm par ſit fieri uidetur, explicite reſpondeo id quod in edito uulgari ſermone implicite reſpondi, referendo me ad corollarium præcedens. Verum quidem eſſe, magiſtrum unius cuiuslibet magiſtratuum præfatorum, teneri ad largienda piis operibus ea, quæ ſuperſunt ei, de ductis quæ ſunt illius decentiæ neceſſaria, uti magiſtro illius magiſtratus, ſi alio reſpectu non egeret pluribus, non tamen ſi alio reſpectu pluribus egeret, ut contingit in caſu noſtro, in quo idem qui eſt magiſter eſt etiā Rex, & qua parte eſt Rex pluribus eget, quàm qua eſt magiſter, ſicut & Cardinalis & filius regis de quibus agit extrauagans execrabilis Io. 22. de præb. Ihrō & alii nobiles, & litterati, de quibus agit concilium gene

rale in cap. De multa eo. tit. habentes legitime multa beneficia, non ſolum poſſunt ſuis uſibus impendere illa, quæ ſunt eis neceſſaria, tanquam beneficiariis unius illorum beneficiorum, ſed etiam quæ ſunt neceſſaria tanquam Cardinali, filio Regis, nobili, uel litterato. Abunde tamen ex his colligitur quantum regalis maieſtas animaduertere debeat, in quem finem præfati magiſtratus, & alij reditus Eccleſiaſtici Regiæ coronæ Caſtellæ, fuerunt a S. Sede Apoſtolica uniti, & cauere ne ſuperflua, quæ contra infideles expendere debet, in alios uſus abſumat, præſertim in donando diuitibus & ſcurris, aut alijs quibuſuis, ob fines parum honeſtos.

SVMMARIVM.

Rex Philippus ſecundus Hiſpaniæ Rex tarde per authorem cognitus, tardius eius heroicæ ac rariſſimæ uirtutes exteris gentibus agnitæ, parumque per indigenas uulgatæ, quæ propriæ ſunt ei uel in eo maxime præeminent, ſine aſſentatione ulla inſinuantur ab authore. Quia id e republica Chri-

ſtiana in publicum omnium regum & regulorum exemplum eſſe uiſum eſt, paucis, quæ bello paceque geſſit temporaria & ęterna gloria incomparabili digna, recenſitis. n. 95.

HIC me locus Chriſtiane lector, co
95 git nonnihil dicere de tanto monarcha. Tum quòd tantillum, quód in eodem ſermone uulgari edito dixeram, uiſum eſt nonnullis nimium; & per aſſentationem dictum. Tum quod ex eo conijcio, illas tanti Regis heroicas uirtutes, quas publicum in exemplum opportuit eſſe notiſſimas; parum exteris eſſe notas. Cuius rei cauſam arbitror eſſe, quod bona pars nobilium Hiſpaniæ, in laudando ſuo Rege tam parca eſt; quàm in profundendo pro eo ſuo ſanguine larga. Hæc eadem enim effecit, ut mihi quoque indigenæ, ignotæ fuiſſent ante annũ 1564. ante quem nec de conſuetudine, neque de facie illum noueram, nec eius curiam unquam ingreſſus fueram. Quippe qui contentus, & ſupra merita ornatus, honore ac honorariis quatuor præfatarum, quæ celeberrimæ ſunt, academiarum,

rum, nunquam regiæ curiæ munera, in illum, neque in hunc uſque diem ambiui, nec petii, nec accepi. A prædicto uero anno, in quo eius Maieſtatem pro cauſa Reuerendiſſimi Toletani adiui, & ab eo nunquam antea uiſus, nemine indicante, cognitus fui, cepi eum de facie ac conſuetudine cognoſcere, & curioſe omnia & ſingula eius acta dictaque perpendere, demirarique adeo illum, alium ab eo, quem mihi pinxerunt, ut miratus dicitur Aeneas, molē magalia quondam. Dicam autem non eius natale ſolum, non genus, & proauos, & quæ non fecerit ipſe, nec ea, quæ fecit, illi cum aliis principibus communia, ſed tantum quædam, quæ dono diuino ei ſunt peculiaria, aut certe in eo longe præminentia; idque faciam ſine adulatione ulla, quæ me tam ſenem, tamque peræ gre, ac fere ſine ſpe ad eius regna redeundi agentem, nec ab eo, dono ullo alio quàm gratia ſua, quæ tamen mihi, eius ſubdito maximum eſt, donatum decet. Vt alia ergo in aliis emineant, ita præmi

net in eius maieſtate fides illa catholica, quæ uirtutum omnium eſt prima, licet non maxima, ut facile putes eam comitatã ſupereminentia fidei alterius, quæ gratis data dicitur gratia. Religio autem (quæ maxima eſt uirtutum moralium) adeo in eo reſplendet, ut in ſacris mira cum animi attentione audiendis, cæremoniisq; ſacris ſeruandis, omnes quot quot uiderim reges, regulos, & alios principes uiros (uidi autem quampluri mos in Hiſpaniis & Galliis,) ſuperet. Si unum glorioſæ memoriæ Ioannem tertium Luſitanorum regem, nunquam ſatis laudatum, eundemque proxime cognatum eius, & ſocerum, iam uita functum excipias. In punienda uero, fuganda extirpandaque hereſum peſte, neminem habeat parem. Tam rariſſima uero præminet in eo prudentia (quæ omnium uirtutum quas cardinales uocant, eſt maxima) præſertim ea, qua bene regnatur, tamque eubulia, Syneſi ac Gnome alta, conſideratioñeque ſemper & ubique comitata, & a præcipitatione alie-

na, quòd quamplurima eademque maxima regna, maximos principatus & imperia, longiſſimis terrarum, mariumque ſpatiis a ſe inuicem diſtantia, pacatiora, & in officio ſibi audientiora, a multis iã annis continet, quàm uix unquam ea ulli alii tot annis continuerint. Sane iuſtitia (quæ ut ille ait mirabilis eſt uelut Heſperus, adeò in eo reſplendet, ut uix unquam ullus in eius imperiis, & regnis, etiam cum ſingula ſingulos Reges, & dominos haberent, tutiorem inter improbos innocentiam ſeruarit, neque æquanimius iudicia contra ſe, per ſui cõſilii proceres lata audierit, neque (quod pro miraculo eſt) minus ulli iudicum inſinuauerit, utri partium maluerit fauceri, neque qui magis præſtiterit illa. Iudicium Regis honor. Iudiciũ decet & clementia Reges. Vix enim unquam ulli delinquenti, ſine iuſta cauſa & ſine læſi conſenſu ignoſcit, nec econtrario cuiquam concurrentibus his ueniam negat. Veritate aũt quæ pars iuſtitiæ ponitur, adeò pollet, ut nunquam nec ſerio, nec ioco,

neque in magnis neque in paruis rebus mentiatur, mendacesque omnes habeat exoſos. Quoad fortitudinis uirtutem attinet, demiror eſſe, qui eum imbellicæ insimulēt, quorum ut opinionem demonſtrem eſſe uanam, plura quàm putaram, ſed pauciora, quàm poſſem ob breuitatis gratiam, in medium adducam. Primum quidem quòd animum eius uere regium, ſub corpus uiribus uiuidis, eleganti que compoſitum proportione inclusum, ea phrenādræa ſiue fortitudo munit & occupat, ut nullum inueniat in eo locum inanis, plusque ſatis ſibi fidens, gloripetaque fiducia, quæ reges ſolent in bella præcipites ferre: neque ullus uanus timor, qui eoſdem ab eis mature ſuſcipiendis nonnunquam deterret. Quo fit ut quotiens opus eſt, ſereniſſimo animo de bello, & pace, priuſquam quicquā ſtatuat, quos oportet conſulat, & tam ſecrete id faciat, quod etiam ſui conſilii proceres neſciant quid ſtatuerit, donec id exequi iubeat. Fitq; ut licet pacis, quæ bellorum ſcopus & finis eſſe debet, ſit ſtudioſiſſimus,

dioſiſſimus, artibusque illius aſſequendæ, conſeruandæque pollentiſſimus, bellorũq;, quoad eius fieri poteſt impedientiſſimus. Cum tamen ad ea ſuſcipienda uis aliqua coegerit, eorum ſit ſuſceptor cautiſsimus, & in finem uſq; proſequendis conſtantiſsimus. Deinde quòd nulli Imperatorum, Regum, & Ducum, qui a 500. annis, cum longe maioribus exercitibus quàm ipſe, in Gallias irruerunt, ea gloria contigerit, quæ illi: cũ anno 1557. fuſo exercitu gallico, capto, direptoque fano Sancti Quintini, oppido munitiſsimo, cum aliquot aliis, ſine graui ſui exercitus iactura, triumphans Valentianam rediit, non quouis tempore, ſed quò Reges in hiberna militem deducere ſolent: nempe tertio idus Octobris. Quin & uere inſequenti, cum Bruxellis complementum ſui exercitus expectãs, a duobus Henrici Gallorum regis huius nominis ſecundi, qui tamen fortuna, fortitudineque, prudentia militari comitata, nulli ſuorum præceſſorum ſecundus erat: impegerrimis, reique militaris cal-

lentiſſimis ductoribus,nempe Duce Guiſio,& Mariſcalo Termio,a tergo & a fronte præmeretur, ſuis omnibus trepidantibus,& non paucis cõſulentibus, ut Antuerpiam refugeret, quo inde in Hiſpaniam,ſi res ita ferret, ſe reciperet:ipſe ſolus, ſoli Deo fidens, inuicto & interrito animo,contra omnium ſui conſilii procerum, & Ducum ſententiam decreuit, ut Comes Agamontenſis cum bona parte militum,quos in Guiſii occurſum præmiſerat,mira celeritate reuocata, & aliquot aliis repente collectis,in Termium irrueret. Qua irruptione fuſo fugato,captoq; cum multis nobilibus Termio, ſe, ſuos, ſuaque omnia in tuto poſuit. Imo & cõſequuta æſtate cõparato iuſto exercitu, eundem Henricũ apud Dorlanum, ad pacem ſibi honorificentiſſimam, quæ hactenus durat, & utinam duret æternũ, coegit. Tertio, quòd poſtea in Hiſpaniã reuerſus, rebuſq; regnorum illius cõpoſitis,& Iſabella Regina terq; quaterq; maxima, pacisque toti orbi Chriſtiano perneceſſariæ adminiſtra, incomparabili cũ

pompa excepta, mox Pennonem in meditarraneo mari ſitam, Hiſpaniæque infeſtiſſimam, & arte locique natura munitiſſimam, a turcarum poteſtate in ſuã, ſine ulla ſui exercitus iactura reduxit. Melitamque ſiue maltam, maximo pertinaciſſimoque turcarum exercitu obſeſſam, & mira Valletæ prudentiſſimi fortiſſimiq; Magiſtri magni ordinis ſancti Ioannis, ſuorumque fortiſſimorum cruce ſignatorum militum uirtute, robore, piaque audacia, iamdiu ſe defendentem, miſſa magna delectiſſimorum militum manu, ab omni moleſtia liberauit, non ſine ingenti Solimani dolore, iactura & dedecore. Et in orbis noui prouincia, cui nomen Florida, arcem a Gallis clam erectam, & in perniciem omnium nauium ex Peru Imperio, & ex noua Hiſpania, in ſuam antiquam redeuntium, ualde munitã, ſingulari Dei beneficio, Petro Melendio duce, ui ſine uel unius militis iactura cepit. Et omnes fere Gallos, qui eam munierant & defendebant, quique plus mille ducenti erant, cum non

ſine magno Diuorum munere in Hiſpanorum; (qui uix erant quadringenti) manus uenerunt, licet eſſent uiri fortiſsimi, & ex bona parte nobiles, quia tamen erant impii & lutherani, occiſi fuerunt, quanuis tanta occidio extra pugnã facta, tam pio Regi minime, quod palam eſt, placuit. Poſtremo ut alia omittam; quis eorum qui ſatis nouit quam æmulæ ſint Hiſpaniæ, Galliæ, non magnifaciat ſuppetias illas magnas, tamquè opportunas, quas Gallorum Regi, ob ætatis inopiam, & lutheranorum agminum copiam laboranti, per Hiſpaniam, Italiã & Flandriam, tranſmiſit? Quam uero prudẽter, caute, ac fortiter, anno ſuperiore, in Flandriã pro lutheranis tumultuantem, Duce Albẽſi ductore prudẽtiſsimo traduxit exercitũ ſaluũ per Alpes, & fines Gallorum, Heluetiorumq;, qui ſuæ ſectæ lutheranis maxime fauent, aliorũ eſto iudicium, mihi quidem pro miraculo fuit. Cuius tamen magnitudinem ſuperauerunt, adminiſtratio iuſtitiæ, natæ gentes frenare ſuperbas, ſumpta, ſine populi tu

multu, de quamplurimis & in his aliquot magnatibus, diuinæ, humanæque maieſtati rebellibus, uindicta rariſsime audita: & duæ uictoriæ, altera ad Groningiam, altera ad Damum, Friſiæ oppida munitiſsima, quas dum hæc typis excuduntur, dominus Sabaoth ſiue exercituum Deus, miniſterio eiuſdem ducis & ductoris, dedit ei fere incruentas; non obſcure ſignificans id, quod antea tēpore patris eius uiri incōparabilis Caroli V. fortiſsimi, glorioſiſsimique Imperatoris inſinuauerat: nempe Chriſtiano a fide Catholica deficienti, nō ſolum gratiam, charitatem, ſpem, aliasq; huiuſmodi uirtutes tolli, ſed etiam prudentiam, conſilium, fortitudinem, tum animi, tum corporis auferri, uel certe diminui: quando Germani, pectora nata bello, fide catholica defecti, tam fœde occidioni ſubiacuerūt. Ob quæ omnia Sanctiſsimus D. N. idemque Pontifex maximus Pius V. pientiſsimus feſta, preces, ſupplicationes publicæ decretas, ſummasq; gratias Deo cū patribus purpuratis, clero, ac populo

Romano pedes nõ ſemel egit. Magnitudinẽ autẽ ſublimitatẽq; animi uere Regii, qua magnificentia munerũ & donorum in ſuos, & arciũ munitarũ, Regiarũ, pomeriorũ, pomariorũ, & leporariorũ, & cuiuſdam ſuperbiſsimi templi, omnes qui ante illum in Hiſpania regnarunt reges antecellit, maxime laudarem, niſi eſſent quibus aliquantum ea uiderentur nimia. Illis plane metriotis temperantiæ, modeſtiæque characteribus inſignïſsimus eſt, quod raro aut nunquam uno die plus, neque pluries edat aut bibat, quam alio. Quodq; iam inde a puero (quod pro miraculo eſt) nullum unquam ſuæ uel alterius ditionis, nec ullum famulum, etiam infimæ functionis, etiam in miniſtrãdo grauiter errantem, ullo uerbo iniurio, nec irato inceſſerit, contentus blande admonere, ne iterum ita cura uacaret. Quodque dum a ſacris ad prandium rediens conuenitur a multis, & nonnunquam a plus centum, perinde ſingulos eorum ſingulariter, cum ea benignitate, ſerenitate ac frontis hilaritate

laritate audit, & reſpondit, ac ſi ſolus cum unus conueniret, etiam ſi oporteat ob id, unam uel alteram horam differre prandium, nec prius ſe quieti ſub noctem tradit, quàm omnes libellos ſupplices ab eis porrectos ſupraſcribat nominibus eorum, quorum eſt cõtentà in eis cum eius maieſtate tractare, & tradat illi, qui eius rei curam gerit, ut craſtino mane eis illas diſtribuat, ſimul certiores faciat eos, qui eas porrexerunt, quibus ſint diſtributæ, ut ſciant, quos adire oporteat, pro habenda eorum expeditione. Quod denique moleſtias ſe adeuntium, quales quales illi ſint, in audito corporis & animi ſibi conſtantium conſiſtentia ferat, adeo quidem ut me, hominem alioqui nihili pro Illuſtriſſimo Toletano ſe alloquentem audierit Pinciæ, unam horam & amplius, ſemper ſtans, & rectus, appoſitiſſimeque de more ſuo, enſe, pugioneque accinctus, & adeo ſibi ſemper conſtans & immotus, ut nunquam tuſſiret uel expueret, nunquam ullam ſui corporis partem, non caput non collum

non

non os, non uultum, non humeros, non brachia, manus, digitos, crura, pedes, uel quid aliud in ullam partem moueret. Audiuit, inquam, mira præſentia, & intentione animi, reſponditque adeo apta terſaque oratione, cui nihil poterat addi nec adimi, ut præmeditatus ex præſcripto locutus uideri potuiſſet. Quæ profecto nunquam uiſa, lecta, uel audita mihi fuerunt: Et ut tandem infantiam meam balbutientem, nimiumque ultra crepidam in meſſem alienam digreſſam compeſcens finiam, puto eum, omnes qui ante ſe in Hiſpania regnarunt, gloria non uno nomine ſuperantem, longe ſuperaturum, ſi tria, quæ dono Dei præueniente facere cæpit, eodem ſubſequente perfecerit. Primum, ſi nonnulli qui indirecte laicam poteſtatem, ſub ſpecie maioris iuſtitiæ, utilitatisq; publicæ, intra eccleſiaſticæ fines intrudere nituntur, ſatis uere intellexerint, ſe imitanté ſuos maiores & in his Carolum magnum (Qui relatus in cap. In memoriam 19. diſt. ſic ait In memoriam beati Petri apoſtoli hono

remus

remus ſanctam Romanam eccleſiam & ap. Sed, ut quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis: quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas. Et licet uix ferendum, ab illa ſancta Sede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione tolleremus.) uelle in primis, ut eccleſiæ authoritas & poteſtas ſuſpiciantur & colantur, eiusque iura illæſa ſeruentur, eſſeque frequentiſsimo exemplo perſuaſum, earum cultu, regna floreſcere, & contemptu, marceſcere, ac tandem a fide catholica defficere. Alterum eſt ſi ita exequatur ſua iura, quibus iam pridem iubet, militibus ſuis ſtipendia debita integre perſolui, ut nullatenus per ducum, ærariis præfectorum, & theſaurariorum auaritiam, fraudem, & noua inuēta, quicquam eis diminuatur, uel differatur: ne uiri egregii, quorum fortitudine fideli non ſolum eius gloria, imperia, & regna, ſed etiam ipſa fides catholica, cultus Dei & iuſtitiæ in eis ſtant, & florent, uerecunde mendicent,

aut

aut inuerecunde concutiant plebẽ, aut uiolenter graſſentur, aut turpiter a fide regia deficiant; neue ſuo exemplo uiros ad bella natos a militia ita deterreant, ut cum delectus militum habetur pauci ea digni aſcribantur.

Tertium eſt ſi Diuum Ludouicum regẽ Francorum ſua de ſtirpe antiqua prognatum imitatus, nonnullis, qui patrimonium regium nouis inuentis, eiſdemque Eccleſiæ, populo & plebi, grauibus contra ius faſque augere procurant, dixerit in ſententia ea, quæ ille cuidam conſiliario ſuo in primis erudito, & perſpicaciſſimo dixiſſe in hæc uerba, teſtatur Remundus Ruffus, uir pius iuxta ac eruditus, in eo quem cõtra Molineum pro Papæ primatu, erudite, pie ac ornate, ſi quis alius ſcripſit, libro pag. 392. & ſequenti, nempe. Sum tuus & frater & Rex, te fratrem amiciſsime moneo, hortor & rogo, ut fluxis his rebus, quas à me te conſequi, & ſperas & ambis, & quibus repentino caſu, una cũ uita carere potes, optimæ mentis conſcientiam, ſalutem, incolumita-

lumitatemque illam ſempiternam anteponas. Rex uero cum ſim hæc edico, ut ſi te poſthac contra ius iniuriam tueri captionum, neſcio quibus anfractibus intellexero, non ſolum palam te iubebo argui, ſed dignitate & gradu deiectum efficiam, ut ſingulari ſis exemplo omnibus, quo intelligant me nihil niſi ius colere & tueri, Regemq; me eſſe non tyrannū.
Trigeſimum ſextum corollarium ſit, quòd materia præſens & deſiderium, quod ineſſe mihi debet ſalutis animarum, tot & tam illuſtrium uirorum, quot & quam ſunt commendatarii ordinū militarium Hiſpaniæ, & aliorum regnorum, impellebant me, ut ex prædictis inferrem, quam graue peccent, qui per inde ſuos prouentus eccleſiaſticos, in prophanos uſus inſummūt, ac ſi omnino ſæculares eſſent, non reputantes ſecum, quod præter quàm quòd illi ſunt prouentus eccleſiaſtici, ipſimet ſunt religioſi, & emiſerunt ſolemne paupertatis uotum. quo dominium omnium, quæ habebant amiſerunt, ſimul cum capacitate nouè querendi

di res ullas ſæculares,ac conſequenter nihil eorum quibus utuntur eſt ſuum nec poteſt eſſe.Nam quamuis Summus pontifex cum illis,circa uotum caſtitatis diſpēſaucrit,ut ducere poſſint uxores, nunquam tamen ſuper paupertatis uoto diſpenſauit,nec ut diſpenſet aliqua iuſta & rationabilis cauſa reperiri poteſt,ut alibi in q.1.ſuper tit. de ſtat. monach. a nobis aſſertum eſt. Vbi quia late egimus de difficilibus dubiis, quæ circa eorum facultatem adminiſtrandi, & eorum ſumptus & adminiſtrationem occurrunt, et quia hæc quæſtio nimis mihi excreuit, nihil aliud hic addam,præterquam quòd ſupplico humiliter eorum excellentijs,& dominationibus, ſimul & confeſſariis, ut perpendant eorum commendarum prouentus,eſſe eccleſiaſticos,ac conſequenter quæ de illis ſuperfluunt,deberi pauperibus & aliis piis operibus,lege diuina & naturali iuſtitiæ. Item quòd ſunt religioſi, qui ſe per uotum ſolenne paupertatis,ab omni dominio & poſſeſſione ſecularium bonorum abdicarunt,& ea per

96

ſuam

ſuam profeſſionem, in ordinem quem profeſſi ſunt tranſtulerunt. Et conſequẽ ter reditus & prouentus eorum effecti fuerunt eccleſiaſtici. Cui cõſequens eſt, eos ægre poſſe diſponere de illis nec inter uiuos, neque per ultimam uolũtatẽ, niſi cum quibuſdam reſtrictionibus, quã uis ad id habeant diplomata ſummi pontificis quàmlibet fauorabilia. Quoniam cum ipſe (ut tamen cum debita eius ſemper reuerentia loquar) non poſſit de ſuis eccleſiaſticis reditibus teſtari, etiam ſi non ſit ex monachali electus ſtatu, ſed ex ſæculari ut inferius patebit, minus poterunt facere præfati domini commendatarii de prouentibus ſuarum commẽdarum, eo modo quo aliqui ſuis priuilegiis innitẽtes faciunt, cum ſint religioſi & inhabiles, ad dominium & etiam poſſeſſionem cuiuſcunque rei etiam minimæ, ſaltem ſuo iure habendæ.

Trigeſimum ſeptimum corollarium, pec-
97 care quidem mortaliter eos, qui per donationẽ a beneficiarijs, bonorum notabilem quantitatem accipiunt ſi ea eſſe

ſciuerint de reditibus eccleſiaſticis, & ſi non excuſat illos aliquid eorum, quæ ponemus in corollario ſequenti. Nam qui cauſam dat peccandi, uel certe peccato conſentit, peccat. Ad Rom. 1. & c. Notum 2. q. 1. & late in Manuali cap. 11. n. 9. qui uero hanc accipit profecto uel ſcit eum, qui donat mortaliter peccare uel ſcire tenetur, & conſequenter peccat. Colligi etiam poteſt ex hoc multos eorum, qui cognatos deſiderant ad epiſcopatus dignitatem euectos uidere, quo ditiores ex eorum donationibus reddantur, plus ſibi mali quàm ueræ utilitatis exoptare: deſiderant enim ut promoti peccent, ac conſequenter peccant, quod peius eſt eis, quā ſit bonū diuitiarū arg. c. Præcipimus 12. q. 1. & L. Sancimus C. de ſacroſ. An autem qui hæc acceperit bona, reſtituere teneatur, & quomodo, explicabitur inferius. In q. 2. coroll. 1. n. 32.

Trigeſimum octauum corollarium, confeſ
98 ſarium beneficiariorum, & eorum, qui bus ipſi de reditibus eccleſiaſticis dona-

uerint

uerint non facile eos debere peccati redarguere, nec ad reſtitutionem cogere. Sed nec a reſtitutionis obligatione innoxios facile iudicare, niſi prius diu multumq; ſecum expenderint ea, quæ dicta ſunt in precedentibus corollarijs. Ex his namq; cognoſcet, neque eum qui dederit, nec eum qui acceperit peccaſſe, ſi uel donata uel accepta fuerint gratia remunerationis debitæ, uel ſi bona fuerint patrimonialia, uel quaſi patrimonialia, uel reſidua fuerint ex iis, quæ ad ſui honeſtam ſuſtentationem potuiſſet expendere. aut ex his, quæ beneficiarius ipſe ſit cōmeritus, ex obſequiis eccleſiæ præſtitis ultra reditus illos, qui ſibi alendo debentur ex beneficio, aut ſi tantundem erogauerit pauperibus ex bonis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus, quantum de reditibus eccleſiaſticis dono dederit.

SVMMARIVM.

Frater Alphonſus maldonadus nomine re ipſa optime donatus. n. 99.

Moniales tot debent excipi in monaſterium, quot ali poſſunt de reditibus monaſterij & non plures. n. 99.

Moniales iuſte ſuſcipi poſſunt ultra eas, quæ ſuſtentari poſſunt de illius reditibus, modo deferant dotes ſuæ ſubſtentationi ſufficientes n. 100.

Symonia frequenter admittitur a prælatis in ingreſſu monaſteriorum, ſimiliter & a ſubditis n. 101. etiam in accipiendis ſuperfluis dotibus.

99 TRIGESIMVM nonum corollarium ſit, deciſio quædam, quam ut apponerem libello huic, cum iam ultimam uellem apponere manum, rogauit uenerandus admodum pater frater Alphonſus Maldonado, dotibus optimis egregie donatus: Peccare quidem monialium abbatiſas, aut alio quouis nomine monaſteriis præfectas, ſuos reditus ita prodige expendentes, ut moniales denuo admittere omnino recuſent, niſi tantis dotibus onuſtas, & tantis expenſis factis, quantæ ſufficerent abunde illis per totam uitam alendis. Et tamen nec admiſſis pridem monialibus, nec his quæ denuo admittuntur, uel ſolas ueſtes

conferunt; imo nec frequenter medicinas. Primo quidem comprobatur id tam ex antiquo iure, in cap. Periculoſo. §. Sane, de ſtat. regul. quod habuit originem a cap. 1. de Inſtit. quàm nouo concilio Tridentino. cap. 3. ſeſſ. 25. de regul. præcipiente, ne plures moniales admittantur in monaſteria, quàm ex earum rediti bus, abſq; penuria earum ſuſtentari poſſint: quod prælatæ nullo modo exequuntur, cum nullas indotatas accipiant ex reditibus monaſteriorum alendas. Deinde quia præfata concilia præſcribunt, ne plures accipiant quam ali poſſint ex proprijs reditibus. At illæ multo plures accipiunt ſi habeant dotes. Rurſus quia uehementer abſonum apparet, monaſteria monialiũ unius cuiuſdam ciuitatis, quot annis uiginti mille aureis & eo amplius perfrui. Et tamen ob hos reditus adeo copioſos, nullam monialem admitti, nec ab ipſis ſuſtentari niſi pro dote, ſupellectibus, & expenſis alijs ſecum adferant ut multi referunt octingentos, qui ſufficere haud dubie poſſent, ad emendum cen

tum in ſingulos annos ad uitam earum ſi mille dipondia octomillium pretio emantur, ut emi ſolent. Imo licet eam ſummam tantum deferret, quæ ſufficere poſſet emendis octingenta aureis, uel ſeptuaginta in ſingulos annos ad eius uitam, ſatis eſſent & ad alimenta & ad ueſtes & etiam ad medicinas. Et ita non ingreditur expenſis monaſterii, ſed monialis ipſius. Poſtremo, corollarium cõfirmatur ex eo, quod mens conciliorum ea eſt, ut plures moniales indotatæ nec dotatæ in monaſteria cooptẽtur quæ ex reditibus monaſteriorum ali poſſint. Et quod in his monaſteriis, in quibus iam admiſſæ hunc numerum excedunt, nullo modo admittantur aliæ, donec eo uſque decreſcat numerus earum, ut illi alendo & amplius reditus ſufficiant: id quod aliquorum prælatorũ præſcripto, in monaſteriis aliquot iam ſeruatur poſt concilii Tridentini diffinitionem. Et Carthuſienſibus cænobiis ſeruari præcipitur ſtatuto quàm ſtrictiſſimo. cap. 15. 3. p. compil. ſtat. quod mire exagerat

Dio-

Dionyſius Carthuſienſis. Lib. 1. de Symonia ar. 16.

Dubitatio tamen uehemẽs hinc oboritur,
100 poſſint ne præfectæ monialium, alias admittere ſufficiẽter dotatas poſtea quàm expletus ſit numerus earũ, quæ poſſunt ali ex annuis reditibus monaſteriorum: Ex altera parte pugnat uſus, id enim crebro fieri cunctis eſt perſpicuum, & conſuetudo eſt optima legum interpres c. Cum dilectus de cõſuet. Ex altera uero, iura, uidelicet d. c. Periculoſo de ſtatu regul. & cap. 3. ſeſſ. 25. concil. Trid. quæ id prohibere uidentur, imo ſymoniã cũ innititur eſſe in cap. Quoniam de ſymonia & extrauag. Vrb. V. Ne in ea, ut profuſe ſatis Dionyſius tam in lib. 1. quã in 2. de ſymon. deducit, aſſeuerãs firmiter id alabe ſymoniæ non excuſari: licet nihil aſſummatur pro ingreſſu religionis, nec pro monachiſmo, ſed tãtum ſuſtentationis gratia, nec excuſat ab hoc monaſterii paupertas. Et ad hæc omnia cõprobanda, uehemẽter urget extrauagãs Vrbani quinti: quam retulit præfatus Diony-

Dionyſius lib. 1. ar. 7. & lib. 2. ar. 2. de ſym. Nobis tamen uidetur. Primo expedire quidem, ne plures aſſumantur, cum id iura cenſeant multo melius. Et quòd ampliſſimæ dotes, quas aliquæ exhibent in cauſa ſunt, ut quædam quæ non ſponte ad religionem inducũtur, & quædam quæ aptæ non ſunt, ingrediantur monaſteria. Vnde fit ut maiorem in ſpiritualibus faciant iacturam, quàm reportent commoditatem in temporalibus. quod demonſtrat ſatis Dionyſius in ar. 7. lib. 1. de ſym. Difficile etiam factu eſt, hoc ab omni ſymoniæ labe excuſare. Vti melius quàm ullus alius author ille ſuadet. In lib. 1. & 2. de ſym. Secundo tamen dicimus, id non eſſe malum, licet oppoſitum aſſeueramus melius. Credimusque, poſſe præfectas monaſteriorum ſine ulla culpa, aliquas ad religionem anhelantes & aptas ſufficienter doratas admittere, etiam ubi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſſint ex reditibus monaſterii. Dum tamen ab omni ſymonia caueant moniales, quæ ſolent aliquid pro ſuffragiis

101 giis accipere. Primo quia id aſſeuerauit
S. Thomas a Caietano probe expoſitus.
2. Sec. q. 100. ar. 3. ad 4. Deinde quia
nunquàm ut credimus uel difficile in Hi
ſpaniis, Dioniſii approbabitur ſentẽtia.
Vbi complures ſuas filias in monaſteria
deferunt, nõ tam religionis gratia, quàm
ut non cogantur nuptui tradere inferio-
ris ſortis hominibus. Rurſus quia etiam
S. Thomas tenuit, licere recipere uirgi-
nes dotatas in monaſteriis, in quibus
non ſufficerent omnibus ſi reciperentur
ſine dote. Iam autẽ tempore ſancti Tho-
mæ illud erat cautum. In cap. Periculo-
ſo de ſtat. regul. lib. 6. quod modo inno
uat Tridentinum concilium, In d. c. 3.
de regul. ſeſſ. 25. .ſ. ne admitterentur fe-
minæ plures intra monaſteria, quàm ali
poſſent. Vnde ius tum antiquum, tum
nouum, exponendum apparet ne reci-
piantur indotatæ, uel cum damno alia-
rum monialium, uel cum expenſis mo-
naſterii. Illa autem ſymonia, quæ inter-
uenire ſolet ſubterfugi poſſet, quibuſ-
dam obſeruationibus additis, quan-

uis difficulter ut Dionyſius aſtruit. In d. ar. 7. lib. 1. & ind. ar. 2. lib. 1. de ſym. Vnde id obſeruatur quam diligentiſsime in ordine Carthuſianorum ex ſtatuto præſcripto in c. 2.3. p. ſtat. Carthuſ. de quo loquuti ſumus, quod grauiſſimas pænas adhibet, contra præfectas & moniales alias ſi ante ingreſſum, uel poſt, dona ulla uel præmia acceperint, uel per ſe uel per alium, ab ea, quæ denuo in earũ numero cooptatur. iuxta ea quæ præſcripſit etiam extrauagans Vrbani V. quæ ſub grauibus cenſuris inhibet donationes & acceptiones omnes directas, aut indirectas, tam his quæ admittuntur, quam admittentibus. quia tamen hæc ſymonia euitare poteſt ſi dos neceſſaria pauperi monaſterio detur. Huic noſtræ ſententiæ tandẽ adhæreo, obteſtans præfectas reuerendiſsimas in domino, ne recipiant plures quàm alere poſſint monaſteriorum reditibus annuis, etiam indotatas & ſine muneribus. Quod ſi alias fecerint dotatas caueant, ne id in aliarum cedat detrimentum, & ante omnia proſpiciant

ſpiciant ne uel ipſe moniales ſuffragium dantes, in ſymoniam aliquam incidant. Illud etiam pro certo habeāt & animaduertāt, quòd ſi ex pacto aliquid accipiāt, ultra id quod neceſſarium ſuſtentationi monialis iudicio cordatorum cenſeatur, eſſe ſymoniacas. Nā ex pacto nihil aliud poſſunt accipere, præter illud quod alendæ moniali ſit neceſſarium. Eoq; ei monaſteriū præ inopia non poteſt tribuere. Si ergo aliquid ultra acceperint, uel ſi dotem exegerint quando monaſterium poſſit eam alere illicite recipiant. Quod ſi hæc uera ſunt, quid quæſo dicemus ad prodigas illas expenſas, & prophanos apparatus fieri ſolitos, ex pacto tacito uel expreſſo, dum uel ingrediuntur monaſterium, uel profeſsionē emittunt? Quid aliud moderatius, quā ut hæc uehementer interdicantur, & culpentur, ac puniantur illæ, quæ talia faciunt? Et ſimul etiam doceantur, quāto honeſtior apparet cunctis hæc inſpiciētibus, modeſta quædam humiliſque temperantia, ſpirituali coniuncta contemplationi, quàm pompoſā

prophanitas mundanæ cuidam admixta uoluptati in funeralibus eius, quæ per profeſsionem moritur mundo,& naſcitur uel excreſcit Deo.

SECVNDA QVAESTIO.

An beneficiarii peccantes mortaliter in impendendis ſuperfluis ſuorum re dituum prophane, ſint obligati ad reſtituendum.

SVMMARIVM.

Beneficiarij, qui male inſummunt reditus eccleſiaſticos non ſolum mortaliter peccant, uerum etiam tenentur ad reſtituendum, quanq; author huius libelli percupiuit contrarium tenere n. 1. Quia iuſtitiæ legibus contrauẽniunt n. 2. Et ob alias multas rationes n. 2. Et quia ferè omnes in hoc conſentiunt. n. 8. & 9. & in his Caietanus & Thom. n. 9. 11. & 12.

Beneficiarij quare magis peccant inſumendo male ſuos reditus quàm ſeculares n. 2. & 3. & 7. & melius 21.

Beneficiarius ne augeat cognatos uel famulos ex reditibus eccleſiaſticis Concilium Tridentinum nu-

per præcipit. n. 4.

Eleemoſinarius reſtituere debet quod male inſumit n. 5. Et etiam qui non implet onus ſibi impoſitum n. 6.

Epiſcopi paruam ſuppellectilem habeant & pauperem menſam n. 12. quamuis nunc reditus ampliores quam olim habeant. n. 13.

AD hanc ſecundam quæ-
I ſtionē reſpondemus Pri-
mo, intelligendam illam
eſſe de eiſdem reditibus
eccleſiaſticis, de quibus
etiam intelleximus pri-
mam, ſupra eod. à n. 4. & non de aliis. Se-
cundo quòd ego ſemper opinionem cō-
munem ſequutus ſum, nunc autem per-
cupiui tenere contrariam, ſi quo modo
id efficere poſſem ſalua mea con-
ſcientia, quæ me ad aſſerendum compel-
lit, beneficiarios inſumentes ſuperflue,
aut prophane, notabilem redituum præ-
fatorum quantitatem, ultra id quod per
corollaria primæ quæſtionis eis permit-
titur, non tantum peccare mortaliter,
ſed etiam obligari ad reſtituendum.

Primum

Primum quidem quod ſeptimum & decimum decalogi præceptum,& aliæ quatuor leges, quæ ex illis tanquam e fontibus hauriuntur, per quas ſuperius, in q. 1. a. n. 11. probauimus, beneficiarios peccare mortaliter inſumendo ſuos reditus uane aut prophane, ſunt leges iuſtitiæ,ut efficaciter ſupra. In d. q. 1. n. 15. probauimus. Conſequenterque probāt eos obligari ad reſtituendum. Quoniam qui contra iuſtitiæ legem circa res exteriores peccat, tenetur ad reſtituendum damnum quod intulit, quæ omnium una eſt ſententia. Per cap. Peccatum & ei annot. de regul. iur. lib. 6. & cap. Si res aliena 14. q. 6. & cap. Sæpe de reſtit. ſpoli. Thom. 2. Sec. q. 62. per totam.

Deinde quòd opinio contraria Adriani
2 in 4. de reſtit. q. 15. Soti. lib. 10. q. 4. ar. 3. D. Didaci in c. Cum in officiis de teſtam. Card. in Clem. Quia contingit q. 2. de Relig. dom. confitetur peccare mortaliter eos, qui ut præmittitur ſuperflue aut uane prædictos reditus impendunt. & nulla inuenitur ratio, quæ ſufficienter

probet

probet, eos potius peccare mortaliter quàm ſeculares in ſimili modo inſumendis ſuis, quæ non æque probet, teneri eos ad reſtituendum quãdoquidem neutri eorum plusquàm uenialiter peccant ſi aliquam iuſtitiæ legem non tranſgrediantur (ex mente utriuſque Thomæ) 2. Sec. q. 119. ar. 3. & utrique tenentur ad reſtituendum, ſi eam tranſgrediendo peccant.

Tertio quòd ſupra, eod. comment. n. 51.
3 coroll. 3. neruoſe probauimus, beneficiarios peccare mortaliter non erogãdo ſuperflua pauperibus, eò quòd per id iuſtitiæ leges tranſgrediuntur, quanuis non frangãt charitatis & miſericordiæ leges, quæ etiam laicos obligant, monſtratum enim fuit, omnia præcepta decalogi eſſe iuſtitiæ leges Po ſt Thom. 2. Sec. q. 122. ar. 1. & 2. & 2. Sec. q. 100. ar. 2. Et quod beneficiarii non erogantes ſuperflua pauperibus contraueniunt ſeptimo decalogi præcepto, quod tam retẽtionem quã acceptionem rerum alienarum cõtra domini uoluntatem prohibet.

Quarto quod ſacroſanctum Tridentinum
4 Concilium ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat. ſancte nuper uetuit, ne ullus Epiſcopus aut alius beneficiariarius etiam ſi Cardinea dignitate ſplenderet, cognatos uel familiares ſuos ex reditibus eccleſiæ augeret. Quod ipſum ante prædictum concilium per multos pontifices max. & cõcilia, quorum decreta ſuperius q. 1. an. 17. allegauimus, uetitum fuit. Quòd non plus præcepiſſet eis quã laicis ſi eccleſiaſtici non eſſent plus obſtricti ad dandũ ſuperflua pauperibus, quàm laici. At non eſſent plus obligati ad hoc, ſi ſolis charitatis & miſericordiæ legibus ad id tenerentur; cum illæ etiam laicos obligent. c. Sicut hi, 47. d. & fatentur omnes. Cui conſequens eos obligari ad id iuſtitiæ legibus, quarum tranſgreſſio circa res exteriores ad reſtitutionem damni per id illati obligat.

Quinto quòd eleemoſynarius, cui Rex mil
5 le aureos annuos donaret ea lege, ut ſe honeſte aleret, & ſuperflua pauperibus diſtribueret, obligatus eſſet certe ad reſtituendum

tuendum ea quæ in alios uſus prophanos inſumeret. Arg. totius tit. ff. de cau ſa data: & C. de condit. ob cauſ. Superius autem q. 1. n. 17. & multis ſeq. monſtratum fuit, beneficiarios eſſe eleemoſinarios eiuſmodi ſacroſanctæ Eccleſiæ, ſumus enim eleemoſynarii ea lege conſtituti, ut nos primum ex reditibus noſtris alamur, & poſtea quæ ſuperfuerint diſtribuamus pauperibus.

Sexto quòd qui accipit aliquid ſubiectum
6 conditioni, uel oneri alicui dandi illud, aut illud, illi, aut illi, non ſolum mortaliter peccat eiuſmodi conditioni uel oneri non parendo, ſed etiam obligatur ad implendum illam conditionem, uel onus quod eſt perinde ac reſtituere. Et ſupra q. 1. n. 17. & aliis ſeq. efficaciter monſtratum eſt, decimas & alia bona eccleſiaſtica, ea lege & onere fuiſſe donata eccleſiis, ut quæ ſupereſſent miniſtris, erogarentur pauperibus.

Septimo quòd mens omnium Pontificum
7 Max. Conciliorum, & Sanctorum, quos citauimus ſupra eod. q. 1. n. 17. & ſeq.

 hoc

hoc ſentit, & adeo quidem quod Diuus Bernardus duobus in locis, In epiſt. 2. col. pen. & in 42. col. 3. affirmauit, facere contra prædictam, quæ communis & noſtra eſt, concluſionem, eſſe rapinam & ſacrilegium. Cuius aſſertio eſſet falſa, ſi id non eſſet contra præceptum de non furando, quæ contrauentio in rebus ſacris eſt ſacrilegium. §. ſacrilegium 17. q. 4. Et D. Bernardus illam ſuam ſen tentiam deſumpſiſſe uidetur ex dictis Auguſt. In ſerm. 37. ad fratres in eremo, & Hieronimi relati a Gratiano in princip. d. 42. & 44. & in hoc ipſo cap. fin. 16. q. 1. & Proſperi, 2. q. 1. c. Paſtor, Nō tollet huius argumenti uim, id quod aliqui reſpondent, nempe frequenter uiros ſanctos dicere, eſſe pauperũ, & eis debitum quicquid per ſolas charitatis, & miſericordiæ leges debetur; ut D. Am broſius ait; In c. Sicut hi 47. diſt. in hæc uerba. Egentium panis eſt, quem tu re condis. Nam ſicut nos confitemur id eis, ita eos fateri oportet nobis, quod D. Bernardus faciens diſcrimen inter re

ditus

ditus eccleſiaſticos & ſæculares aſſerit, quòd aliquot impenſæ clerici eſſent ſacrilegium in ſuis reditibus impendendis, quæ tamen uel illarum ſimiles nullum peccatum, aut non plus quàm uenia le eſſent ſi fierent a ſæcularibus. Nec ob ſtat ſi quis dicat, eum agere tantum de clerico, qui prodige impendit de communi cumulo redituum eccleſiæ, & non de parte ſibi deſtinata. Quoniam expreſ ſe agit de canonico præbendario, qui prodige impendit de ſuæ præbendæ reditu.

Octauo quod hæc eſt ſententia frequentius
8 recepta quàm affirmant Archidiaconus & Dominicus, In princip. 44. diſt. & in cap. Statutum. §. Aſſeſſorem de reſcript. lib. 6. in cap. Preſenti de offic. ord. lib. 6. quibus ibidem conſentiunt Io. And. Anchar. Domi. & Peruſ. & Io. ligna. in Clem. Gratiæ de Reſcrip. & Panor. In c. Cum ſecũdum de præb. ubi nos late hoc probauimus, Feli. In c. Poſtulaſti n. 6. de Reſcrip. & in cap. De quarta n. 33. in fine de reſcrip. Dec. In cap. Epiſcopus

de præb. & Antonius Burgenſis in cap. Primo n. 28. de empt. Et ante illos Alexander Halenſis doctor irrefragabilis. 3. p. q. 36. memb. 5. Richardus item in 4. d. 45. ar. 3. q. 1. ad primum. Et poſt eos Palud. in 4. d. 24. q. 3. ar. 3. Gabriel in 4. d. 15. q. 8. & Maior in 4. d. 24. q. 17. col. 7. qui auſus fuit dicere, nullum doctorem, qui ante eius ætatem mortuus fuiſſet, contrarium tenuiſſe. Quàmuis in hoc lapſus fuerit. Nam multo ante quàm ille naſceretur uita functus fuit Card. Zabarela, qui contrarium reliquit ſcriptum, in Clem. Quia contingit de relig. dom. q. 2. Vbi neſcio quo ſpiritu diſceſſit a ſententia Guillelmi de monte Lauduno, qui communem affirmat, & ei præfatus Cardinalis adhæret in eo quod ait, peccare eos mortaliter eo quod tranſgrediantur præcepta decalogi, quæ nemo negare poteſt eſſe iuſtitiæ, quas qui frangit in rebus exterioribus, tenetur ad reſtitutionem, ut ſupra dictũ eſt. Eandem communem affirmat etiam ſanctiſſimus ille Antoninus Archiepiſco-

9 pus Florentinus pius iuxta ac doctus in 3. p. tit. 15. c. 1. §. 19. & in 2. p. tit. 2. c. 2. §. fin. quamuis Syluester uerb. Clericus q. 4. per negligentiam contrarium imponat ei. In 2. p. tit. 2, c. 2. §. fin. Eandem etiam affirmat Angelus a claua. In uerb. Clericus. 4. §. 4. uir miraculis clarus ut fama teſtatur. Summa item Piſana, uerb. Clericus 4. §. 4. cum Henrico Gandauenſi. Quolib. 8. q. 25. Driedonius etiam lib. 2. c. 4. de liber. Chriſt. Imo & Caietanus, 2. Sec. q. 185. ar. 7. & q. 119. tantum abeſt ut ille allegari debuiſſet pro contraria ſententia. Quoniã pro noſtra parte eſt, ſi ſatis perpendatur, quàmuis obſcure loquatur, utens nouis loquendi modis. Ait enim quod ubi reditus epiſcopatus, & canonicatus æxequant, uel parum excedunt eam partem, quæ eis eſt ad ſe honeſte alendum neceſſaria, non tenentur ad reſtituendum ea, quæ prophanæ impendunt. Sed ſic quãdo adeo eſt longe maior quòd nullus uir prudens ac bonus arbitraretur, eccleſiam matrem noſtram uelle ut eos redi-

tus teneant pro propriis,ſed potius eam teneant tanquàm pauperum & operum piorum ſuſtentatores. Quod dicere perinde eſt ac affirmare eum non teneri ad reſtituẽdum ea quæ in alios uſus inſum pſerit de parte illa, quæ ſibi honeſte alendo iudicio uirorum prudentum eſt neceſſa,reliquum autem ſic, quod totũ ipſum etiam nos omnino fatemur cum communi ſententia, extendentes nos paulo ultra. Per ea quæ diximus ſupra eod. q. 1. coroll. 10. & ſeq. a n. 59. Eandem etiam affirmat Vlricus author grauiſſimus, qui late refertur & probatur ab illo per docto iuxta ac per ſancto Dyoniſio Carthuſiano, In lib. contra plura lit. ar. 2.

Nonum quod D. ille Thomas, cuius au-
10 thoritate nituntur contrariam partem affirmantes;ſi eius ſententia & uerba ſatis perpendantur pro noſtra parte eſt;Primum quod uir doctiſſimus iuxta ac piẽtiſſimus nunquàm affirmauit expreſſe contrariam partem. Deinde quod, 2. Sec. q. 43. ar. 8. expreſſe ait,quod quem

admodum

admodum bona ciuitatum commenda ta ſunt præſulibus & decurionibus earũ, ita bona eccleſiaſtica ſunt commiſſa prælatis earum. Et palam eſt uirum tam doctum & pium, ſi de hoc interrogatus fuiſſet, reſponſurum fuiſſe. Rectores & decuriones ciuitatum teneri ad reſtituendum reditus publicos, quos in uſus alios ab eis, in quos deputati ſunt inſumpſiſſent. Et conſequenter reſpondiſſet, prælatos eccleſiarum debere reſtituere eos, quos in alios uſus quàm præfixos & preſtitutos impẽdiſſent. Tertio quòd in alijs duobus locis uidelicet Quolib.
11 6. ar. 12. & 2. Sec. q. 185. ar. 7. in quibus aliqui affirmant contrarium tenuiſſe, conſentit communi. Quoniam tria dicit, Primum quod Epiſcopus poteſt diſponere, de his, quæ ſibi deputata ſunt perinde ac de patrimonialibus. Secundum quòd prælatus reſtituere tenetur id quod impendit ex ea parte, quæ deputata eſt principaliter pauperibus uel fabricis. Tertium quòd etiam tenetur ad reſtituendum quantitatem notabilem

ultra

ultra ea quæ ſibi decenter alendo ſufficerent ſi bona ſunt communia ei pauperibus & fabricæ. Quæ omnia tria dicta nos quoque fatemur. Ita quod dubium eſt in coniiciendo quātam partem dixiſſet ille eſſe deputatam prædictis prælato,& beneficiariis, ſuis uſibus neceſſariam. Nam aduerſarii aiunt, eſſe totam, quæ ex mēſa communi totius eccleſiæ eſt deputata prælato. Nos autem affirmamus eſſe tantum illam, quæ uirorum bonorum iudicio, ad eius ſubſtentationem opus eſt. Et longe uerifimilius eſt, eum intellexiſſe hoc quàm aliud. Nam ex illo alio conſequeretur quiddām abſurdum, ideoque minime audiendum L. Nam quod abſurdum. ff. de oper. libert. & cap. Dudum ii. de præb. lib. 6. uideli cet, quod uir adeo doctus ac ſanctus dixiſſet, prælatum, cui ducentorum millia ducatorum in reditibus amenſa capitulari ſeparata eſſent, perinde poſſe de illis omnibus diſponere, ac de ſuis patrimonialibus, & ſicut dux ſæcularis de ſuis ducaribus. ac conſequenter poſſet

thesau-

theſaurizare omnes illos reditus ſi uellet uel ſuis cognatis diſtribuere ſi id mallet, emereque ex illis quicquid in regno uenale inueniretur, ſi 30. annos uiueret, retinens eos ſine maiori obligatione quam Dux. Quod ſi quis oppoſuerit ſanctum illum doctorem non fuiſſe conſeſſurum hoc, de prælato tantorum redituum. Eadem ratione dicendum eſt, eundem non fuiſſe aſſerturum de prælato centum millium redituum, neque de eo qui haberet quinquaginta millia, neque de habenti uiginti millia, uel decem millia, ſi ſex millia ſufficiunt ei honeſte ſuſtentando. Quandoquidem eadem ratio, idem ius in omnibus illis ſuadet. Quod ſi peruicaciter replicetur, eundem ſanctum doctorem dicturum fuiſſe
12 de omnibus, quod nos aſſerimus eſſe abſurdum, triplicare poſſumus ludibrio cuidam fore S. Clementem, quem citauimus cũ aliis ibi nominatis ſupra q. 1. n. 28. & concilium Cartaginenſe, & Tridentinum, & alia multa quæ ſtatuerunt, ſupellectilem epiſcoporum debere eſſe

curtam,menſamque pauperem. eſſeque
debere uictu & ueſtitu moderato con-
tentos, impenſasque ſumptuoſas ne fa-
ciant, ne ſint delicati, ne cognatos ſuos
ditent. Si Hiſpaniæ prelati, qui opulen
ti ſunt,reditus ſuarum dignitatum ſepa-
ratos amenſa capitulari poſſint perinde
impendere ſicut patrimoniales. Egre-
giam laudem ferremus illi ſanctitatis, &
ſcientiæ puteo altiſſimo ſancti doctoris,
prædicando illum eſſe columnā qua ni-
tatur doctrina adeo ab Apoſtolica & phi
loſophia Chriſtiana & etiam æthnica a-
liena. Iuuantur hæc quòd eius ætate re-
ditus epiſcopatuum & beneficiorum nō
adeo grandes erant ut nunc, & in Italia
ubi erat ille ortus,epiſcopi reditus ha-
bent tenues,quia decimæ fructuum non
13 ſoluuntur illic ut hic, & in Gallia; qua
peregrinatus fuit,ubi uita defunctus eſt,
& ubi ſuum corpus magna ueneratione
colitur & adoratur (Tholoſæ in conuen
tu reformatiſſimo dominicanorum)ubi
nos quoque frequentiſſime adorauimus
& eius auxilium, ni fallimur, experti ſu
mus)

mus) in qua inquàm Gallia etiam epiſcopatus non ſunt adeo opulenti ac in Hiſpania. Quippe quos ſeptingentæ abbatiæ & prioratus baculo, & mitra inſignes, ſanguine redituum ſuorum minuunt, ut teſtatur author libelli de taxa epiſcopatuum Regni Franciæ, inſerto decimo uolumini tractatuum. fol. 128. Et ita partes, quas eius ætate Epiſcopi tenebant a parte capitulari ſeparatas, uix eorum ſuſtentationi honeſtæ ſufficiebãt. At ſi admonuiſſent eum, eſſe archiepiſcopum, qui habeat ducentum uel centum quinquaginta millia ducatorum ſeparata ei à menſa capituli, & fabricæ, & interrogaſſent nunquid eſſet ei mẽs docẽdi aliquid, unde cõſequeretur archiepiſcopum talem, poſſe diſponere libere in uſus quos uellet ac ſi eſſent patrimonij reditus? uidetur nobis quod quamuis non uſque adeo dure reſpondiſſet ac archidiaconus. In c. Statutum. §. Aſſeſſorem de Reſcript. lib. 6. qui dixit, hoc affirmare, eſſe hæreſim, reſpondiſſet autem ut minimum, quòd nunquàm id cogitauit,

uit, reſpondiſſet, qui fieri poteſt ut hoc dixiſſem? Quandoquidem 2. Sec. q. 43. ar. 8. dixi quiddam, unde neceſſario infertur contrarium, Et in aliis multis locis ſupra citatis. q. 1. n. 25. uidelicet 2. Sec. q. 87. ar. 1. ad 1. & ar. 4. ad 4. & in quolib. 6. ar. 10. & q. 119. ar. 3. ad 3. Scripſi, Decimas, & reditus eccleſiaſticos, non fuiſſe donatos in ſolam cleri ſuſtentationem, ſed etiam in pauperum & aliorum piorum operum ſubuentionem. Ex quo infertur totum contrarium eius, quod ei male intellecto imponunt aliqui. Itaque recte acutiſſimus Maior in 4. d. 24. q. 17. dixit, nunquàm fuiſſe in opinione, quæ contraria eſt communi, illum perdoctum Thomam, quod ipſum nos efficaciter monſtrauimus ſuperius; In hac quæſtione 2. in fundamento octauo, de illo eius magno diſcipulo Cardinali Caietano.

SVMMARIVM.

Beneficiarij non ſunt ſuorum redituum domini abſoluti quoniam habent onus dandi ſuperflua pauperibus

peribus. num. 14.
Beneficiarius regularis qua ratione poteſt in ſuos ſumptus diſpēdere tantū quantū ſæcularis. n. 15.
Intellectus c. 1. de cleric. non reſiden. lib. 6. n. 16.
Dominus quilibet non poteſt ſua bona pro libito diſpendere n. 17.
Beneficiarij & præſides non exæquantur in ſuis ſtipendijs n. 18.
Beneficiarij magis obligantur ad largiendas eleemoſinas quàm laici n. 19.
Beneficiarius quanto pro ſe ſuſtentando egeat, arbitrarium eſt. n. 20.
Prodigitas laicorum uenialis, clericorū autem mortalis nu. 21.
Beneficiarij propter diuiſionem bonorum olim uel recens factam, non eximuntur ab onere largiendi ſuperflua pauperibus n. 22. & reſtituere poſſunt hoc modo n. 23.
Intellectus Concilij Trid. n. 24.
Conſuetudo non prodeſt contra concluſionem hanc nu. 25.
Beneficium qui confert indigno cui reſtituet n. 26.
Bona deſtinata immediate pauperibus ad quem modum differant a deputatis immediate beneficiariis n. 27.
Pauper liberius expendere poteſt quæſita per eleemoſinam, quā beneficiarius per beneficiū n. 28.
Obligatio licet ſoli Deo obliget, obligat ad reſtituendum contra Adrianum n. 29.

Conſu

Confutatio & ſolutio argumentorum aduerſæ partis.

14 NON obſtant aduerſæ partis argumenta. Non primum licet duobus clariſſimi nominis uiris, Adria. in 4. de Reſt. q. 12. & Domin. Soto. in lib. 10. q. 4. ar. 3. de iuſt. & iur. perſuaſerit contrarium, uidelicet quòd qui eſt alicuius rei dominus, poteſt de ea prolibito diſponere l. Si quis ui. §. Differentia .ff. de Acquir. poſſeſſ. & ei annotatis per Bartho. & alios de dominio. Et quod beneficiarii ſunt redituum ſuorum eccleſiaſticorum domini, eo quod.c. 1. de cleric. non reſid. habet; Beneficiarios, qui non interſunt horis, nõ effici dominos diſtributionum cotidianarum. ſignificans a contrario ſenſu fieri dominos illarum eos, qui illis interſunt. Hoc tamen fundamentum nullatenus obſtat. Primum quòd S. Thom. In d. quolib. 6. ar. 12. & 2. Sec. q. 187. ar. 7. cuius illi authoritate nituntur, aſſerit, eos non eſſe dominos redituum ſuorum

rum beneficiorum, ſed tantum diſpenſatores, ſiue quibus eſt credita diſpēſatio: quod ipſum affirmat magnus ille Gratianus libri decretorum author. In c. Penul. 12.q.1. & probatur per c. Penul. ead. cauſ. & q. Deide quod Epiſcopi, religioſi, & alii beneficiarii, quamlibet regulares, tam libere poſſunt impendere de reditibus ſuis, quàm alii epiſcopi & beneficiarii ſæculares de ſuis, iuxta determinationem Cardinalis Florentini in Clem. 2. §. Sed & tales. de uita & honeſt. cleric. & clem. Gratiæ col. pen. de reſcript. quem ſupra eod. q.1. frequenter citauimus, cui nemo contradixit unquàm. Cum tamē certum ſit, eos nō eſſe dominos illorum: neque capaces dominii rei alicuius propter ſolenne paupertatis uotum quod per profeſſionem emiſerunt. cap. Non dicatis 12.q.1. & c.cum ad monaſterium de ſtat. monach. id quod late probauimus in rub. de ſtat. monach. q. 1. Cui conſequens eſt rationem radicalem, ob quam beneficiarii poſſunt de reditibus ſuis diſponere, non eſſe eo quod ſunt il

lorum domini. Tertio quia nullus eſt in Iure locus, per quem probari poteſt beneficiarios eſſe dominos integros & abſolutos ſuorum redituum, ſicut ſunt ſæculares ſuorum. Nam optimus qui in hoc affertur uidelicet c. 1. de cleric. non reſid. lib. 6. non loquitur de omnibus reditibus: ſed tantum de diſtributionibus cotidianis, quarum dominium iuſtius acquiritur, iuxta quorundam ſententiam, quàmuis non ſecundum noſtram ut ſupra diximus. q. 1. n. 73. coroll. 20. Præterea nõ habet ille locus, quod beneficiarius, qui diuinis intereſt, ſit dominus diſtributionum, ſed tantum quod qui non intereſt non ſit dominus earum: & ita inde ſolum ſumitur argumentum a contrario ſenſu, quod licet alias dicatur fortiſſimum in Iure l. i. ff. de offic. eius cui mãd. c. Cum Apoſtolica de his quæ fiunt a prela) nullas tamen habet uires ad probandum id, cuius contrarium iure exprimitur Gloſſa ſolennis recepta in c. ſignificaſti de foro compet. ubi late Felinus & textus omnium optimus in c. A nobis

2. de

2. de ſent. excom. ſicut in hoc caſu exprimitur in c. Quod autem 23. q. 7. ibi: Non ſunt noſtra; ſed pauperum, quorum procurationem gerimus. c. Conuenior. ead. cauſ. & q. & c. Pen. & fin. 12. q. 1. c. 1. & c. Edoceri de reſcript. c. 2. de donat. & alibi ſepe, & Clemens ante illos lib. 2. c. 29. & 39. de Conſt. Apoſt. Quarto, quod non quicunque eſt dominus etiam uerus alicuius rei, poteſt de ea pro libito diſponere. Sed ſolum ille qui eſt integer & abſolutus, ac ſine onere & uinculo ei annexo. Nam notum eſt, quod feudatarius & emphiteuta, qui habet uerum dominium utile. c. 1. in quibus caſi. feu. amitt. in uſib. feud. & l. 1. ff. ſi ager uectig. Neque dominus primogenii,
17 (quod hiſpani uocant maiorazgo) ſiue maioratum, neque fidei commiſſarius, qui tenetur reſtituere, licet ſint ueri domini etiam proprietatis, poſſunt libere de rebus ſuis prædictis diſponere. Arg. l. Feminæ C. de ſecund. nupt. Imo tenentur uoluntatem onus & uincula per inſtitutores illorum impoſita obſeruare to

M 2 to

to tit. ad Treb. ff. & C. & de cond. et demonſt. Quinto quòd licet præfata decretalis probaret, quod tamen profectò nõ facit, beneficiarios eſſe dominos ſuorum redituum, intelligendum erat de dominio reſtricto & obligato ad erogandum ſuperflua pauperibus, & non de omninò liberò. Quoniã oportet iura iuribus concordare c. Cũ expediat de electio. lib. 6. & l. j. C. de inoff. dot. & interpretari ea illud ut concilietur multis aliis iuribus, quibus contrarium declaratur & probatur; quòd beneficiarij effectu ſolum ſunt œconomi & diſpẽſatores illorum, ad erogandum pauperibus, deſumpto ſibi ante omnia, quod ſtatum ſuum decet; iuxta doctrinam Innocen. in c. Indecorum. de ætat. & qualit. ut præfatus Adrianus ſignificauit in 4. de reſtit. q. 12. col. 2. & maior affirmauit in 4. d. 24. q. 17. & longe ante illos Archidiaconus in clem. Gratiæ de reſcript. col. pen. cum aliis multis. Et conſequenter aut non ſunt domini, aut certe non integri & abſoluti ſicut ut plurimum ſunt laici. Sed ſolum reſtricti &

obligati

obligati ad onus prædictum dandi ſuperflua pauperibus, aut tales quales eſſe poſſunt religioſi profeſſi. Per quæ primum hoc aduerſæ partis fundamentum ſatis ſuperque ſublatum eſt. Secũdum fundamẽtum quod eoſdem doctores mouit eſt quòd qua ratione præſides, magiſtratus & alij miniſtri regis, poſſunt libere diſponere de ſtipendiis & ſalariis ſuis, eadem etiam beneficiarii poterũt diſponere de partibus redituum ſibi deputatis, quæ ſtipendia & ſalaria eorum dicuntur. Quod tamen fundamentum non eſt ſatis firmum: primum quia eſt contrarium concilio Tridentino nuperrimo, in ſeſſ. 25. c.1. de reformat. & aliis multis canonibus c. Peruenit. 1. q. 3. & c. Syracuſane. 28. diſt. quibus beneficiarii uetantur donare quicquã cognatis & familiaribus ſuis, niſi paupertatis intuitu. At palam eſt, Regum miniſtros poſſe donare, quæ ex ſtipendiis ſuis lucrifaciunt, tam per uiam ultimæ uoluntatis, quam donationis inter uiuos, quibuſcunque uoluerint, tam cognatis quam extraneis ſine ullo pau-

pertatis uel pietatis intuitu. Tertio quòd omnia Iura, quæ de hac re ſtatuunt uidelicet 12. q. 1. & 12. q. 2. & 3. & c. Adhæc. & c. Relatum 2. de Teſtam. contrarium ſignificant. Quarto quòd hoc conſequeretur quiddam abſurdum, & ideo non audiendum. l. Nam quòd abſurdum. ff. de oper. libert. c. Dudum de præb. lib. 6. quod etiam ipſi met iudicant tale, nempe quod clerici non tenentur plus ad erogandas eleemoſinas de ſuis reditibus Eccleſiaſticis quàm laici de ſuis ſæcularibus. Nam nulla rationum, quibus dominus Sotus in dicto lib. 10. q. 4. ar. 3. &
194. de iuſt. & iur. nititur probare magis obligari clericos quàm laicos concludit, contra eum, qui in prædicta ſimilitudine miniſtrorum Eccleſiæ & regum ſe fundauerit. quandoquidem nulla earum probat obligari clericos ad hoc, niſi per leges charitatis & miſericordiæ, quibus etiam laici tenentur.

Tertium argumentum D. Soti fuit quod non poteſt ſatis recte æſtimari quanto egeat beneficiarius pro ſua honeſta ſuſtẽ-

tatione

tatione & quòd ea quæ per iuſtitiam debentur, non ſunt relinquenda iudicio prudentuum, qui poſſunt eſſe uarii. Imo debent determinari clare, pro quo facit. l. leges C. de leg. & l. conſtitutiones C. de iur. & fact. ignor. At nec hoc fundamentum eſt firmum. Primum quod S. Thom. in d. q. 185. ar. 7. 2. Sec. & in d. quol. 6. ar. 12. cui ille in hac re nititur, ait cõtrarium, & Vlricus a Dionyſio relatus affirmat in lib. 1. contra plura
20 litatem benef. ar. 11. Deinde quod licet non poteſt æſtimari omnino & ut aiunt punctualiter, ſed facile poteſt paulo plus, uel paulo minus, ut arbitratur maius in 4. diſt. 24. q. 18. Tertio quod quamuis eius arbitrium nimis uideatur ſtrictum; tamen oportet ut beneficiarii ſciant, quã to unus quiuis eorum paulo plus uel minus egeat pro ſua honeſta ſuſtentatione. Quoniam eſto non obligaretur ad reſtitutionem ſuperflui impenſi; tamen neceſſarium eſt ad ſciendum quando peccat mortaliter. Quandoquidem etiam ipſemet D. Sotus fatetur in lib. 10. q. 4.

ar. 4. de iuſt. & iur. in 3. concluſ. ſic impendentes ſuperflue peccare mortaliter. Et ideo oportet ut ſciatur, quantum in ſuam ſuſtentationem honeſtam iuſte expendere ualeat. Quarto quòd aſſertio præfati Soti eſt contra mille iura, quæ multa iuſtitiæ opera boni uiri arbitratui relinquunt, puta l. 1. de iure delib. & c. De cauſis de offic. deleg. & plurima quæ congerit Rauen. in Alphabeto aureo uerb. Arbitrium & Dec. in c. ſedes de reſcript. & alii alibi ſæpiſſime. Eſt item contra ipſummet Sanctum Thomam, qui in hoc ipſo propoſito expreſſim ait contrarium. in 2. Sec. q. 185. ar. 3. ad 1. ibi. Non poteſt determinari quando ſit iſta neceſsitas, & paulo poſt. Hec determinatio humanæ prudentiæ relinquitur.

Quartum quod præfatum Sotum mouit eſt, quòd beneficiarii non ſunt obligati ad eroganda ſuperflua per leges iuſtitiæ, quæ obligant ad reſtituendum, ſed tantum per leges miſericordiæ, & charitatis quæ etiam laicos obligant ad eleemoſinas, neutros tamen conſtringentes ad re

ſtitutio

21 ſtitutionem, ut docet Alexander Halenſis 3.p.q.87. Altiſio.4.p. quæ communis opinio eſt ſecundum Adrian.in 4.de Reſtit.q.1 col.9. & 10. ſicut in Manua. c.24. n.5.tradidimus. Hoc autem fundamentum eſt falſum, & multorũ inconuenientium fons. Cõſequitur enim illud, quod ſine iuſta ratione ſacroſanctum conciliũ Tridentinũ in d.ſeſſ.25.c.1. de reformat. uetuiſſet beneficiariis, ne quæ ſuper eſſent eis donarent cognatis & familiaribus, ſi alioquin non eſſent pauperes, non uetando id ipſum laicis. Conſequitur item parificatio beneficiariorum & laicorum quoad eleemoſinæ faciendæ neceſſitatem, quando quidem ſecundum illud utrique tenentur legibus miſericordiæ, & neutri ulla lege iuſtitiæ. Eſt quodam modo ſcandalizare populum chriſtianum, (quod ſatis colliges ex Caiet. 2. Sec. q.87. ar.1.) populus enim tot decimas & iura ſoluit clero; perſuaſum ſibi habens id quod præfatũ concilium, ſeſſ. 25. c.1. de reformat. & multa alia, ut c. hoc & c.Epiſcopus.& c. Præcarie 10.q.2.

ſignifi-

ſignificant. Nempe quòd omnia ſuperflua debent in pauperes, & in opera pia impendere. Eſt contradicere S. Thomæ, cuius ipſe authoritate nititur, qui ſignificat prodigitatem beneficiarij circa reditus ſuos, eſſe peccatum mortale, prodigitatem autem laicorum non plus quam ueniale. Idque ſignificat, in 2. Sec. q. 185. ar. 7. & quolib. 6. ar. 12. & expreſſius q. 119. ar. 3. in hæc uerba. Prodigus peccat in alterum conſumendo bona, ex quibus aliis deberet prouidere, quod præcipue apparet, in clericis, qui ſunt diſpenſatores bonorum eccleſiaſticorũ, quæ ſunt pauperum, quos defraudant prodige expendendo) Quæ determinatio non eſſet uera niſi inueniretur lex aliqua, quæ obſtringeret beneficiarium ad eleemoſinam, & non laicum. Eſt, ſi res ſatis perpendatur, fundare beneficiarios non ſolum non teneri ad reſtituendum uane uel prophane impenſa, ſed neque mortaliter in hoc peccare. Quandoquidem nec laici, quibus ille pares facit, peccant pluſquàm uenialiter prodigendo

gendo ſua ſine alterius damno, quod eſt contraire Thomæ, ubi ſupra, & aſſertis ſatis perpenſis eorũmet, qui hæc dicunt.

Quintum eſt conſideratio quædam præfati Soti, uidelicet quòd uana & inutilis fuiſſet diuiſio bonorum eccleſiaſticorum inter prælatos & capitula facta, ſi unumquemque eorum non feciſſet dominum ſuæ partis redituum. Quæ tamen conſideratio parum firma eſt. Negamus enim diuiſiones præfatas in hoc fuiſſe effectas, ut ipſi fierent magis domini ſuarum partium quam antea erant omnes omnium bonorum in communi. Imo fuerunt factæ ad alium longe diuerſum finem, ut ſupra. q. 1. n. 32. & aliis ſeq. late monſtratum fuit.

Sextum eſt alia eiuſdem præfati conſideratio. ſ. quod res inutilis eſt aſſerere, beneficiarios teneri ad huiuſmodi reſtitutionem, quia non poſſunt eam facere, niſi de ſuis ipſis reditibus, qui iuxta ſententiam, quam defendimus, debentur operibus piis etiam ſine hac reſtituendi obligatione. Quæ tamen conſideratio infir-

ma

ma eſt. Primum quòd huiuſmodi reſtitutionem facere poterit beneficiarius de ſuis bonis patrimonialibus, ſi habet. Sin autem, de eo quod quærere poteſt parcius uiuendo, & etiam de eo quod merebitur ultra ſuam congruam ſuſtentationẽ, inſeruiendo beneficio multo pluſ quàm obligatur ad inſeruiendum neceſſario illi, iuxta ea quæ, In q.1.coroll.9.n. 59.& coroll.17.n.70.dicta ſunt. Et etiam de illo quod per ſuam induſtriam, donationes, & ultimas uoluntates quærere poteſt.c.Expedit.c.Certe.12.q.1.c.1. de Teſtam. c.Fixum.12.q.5. De illo item quod recuperare poteſt ab his quibus male dedit.c.Si quis presbyterorum de reb. Eccleſ. non alienan. & tradit Caiet. in d.q. 185.ar.7. quod confirmatur corol.3.q.1. ſupra. Secundo quòd impotentia reſtituendi, nõ tollit obligationem id faciendi l.Cõtinuus. §.Cum ita.ff.de uerb.obligat. Et ſi excuſet a culpa non retinendi pro tempore quo illa impotentia durauerit. l.Nam & is.ff.de dolo.c.olim.2.de Reſtit.ſpol.

Se-

Septimum, quòd magis nos in contrariam
24 partem mouebat eſt præfatum S.S. concilium Tridentinum ſeſſ.25. de reform. quod quãuis uetet beneficiario donare et expendere ſic, non tñ præcipit ut reſtituat, quod ſic inſumpſerit. & qui de uno dicit de alio negare uidetur c. Qualis 25. d. l. Cum prætor. ff. de Iudi. Sed neq; hoc fundamentum concludit, quia ſicut nõ declarauit, hanc reſtitutionem eſſe neceſſariam, ita etiam non declarauit non eſſe neceſſariam. Et quia uidetur tacite declaraſſe illam eſſe neceſſariã, eo quod uetando beneficiarijs ne cognatis & familiaribus niſi paupertatis intuitu ſuperflua donarent, non uetando idem laicis; ſignificauit quod ultra leges charitatis & miſericordiæ, quibus etiam laici obſtringuntur, eſt lex aliqua iuſtitiæ, quæ ſolos beneficiarios obligat. nulla enim alia ratio reddi poteſt, & ita hæc uidetur expreſſa: arg. l. ſingul. Quanuis. C. de fidei commiſſ. iuncta gloſſa, & Baldo ibid. & qui de uno dicit, etiam dicit de alio ſimili, ſecundum Domin. in d. c. qualis

maxi-

maxime ſi eſſet conſequens, illi ut uidetur eſſe in hoc caſu l. Illud de Acquir. hæred. c. Præterea de offic. deleg.

Octauum, quòd adhuc magis me in contra
25 riam partem incitabat eſt id, quod doctorem illum præecelentem & Reuerendiſſimum ac ualde illuſtrem Epiſcopum Didacum a Leiua multis nominibus mihi ſuſpiciendum mouit, Nempe quòd quàmuis recepta opinio in Theoria affirmauerit ſemper, id quòd nos dicimus: Praxis tamen communis ſeruauit contrarium, & antiqua cõſuetudo magnã ſecum confert authoritatem. c. Cum dilectus de conſuet. & l. Minime. ff. de leg. Attamen etiam hoc minime concludit. Primum quòd ſuperius ead. q. n. 1. & q. 1. nu. 18. probatum reliquimus, præfatam obligationem eſſe legis naturæ ac diuinæ, contra quam nihil prodeſt conſuetudo etiam immemorialis. c. Fin. de conſuet. c. Quæ contra c. Mala, & cap. fruſtra 8. diſt. Deinde quòd licet aliquot per ignorantiam aut temeritatem uſi ſint opinione contraria, alij tamen uſi ſunt

com-

communi, & plures, ut par eſt credere, eo quòd quaſi omnes confeſſarij eam tenuerint. Et non ſunt tot, qui ei contrauenerint, quot aliqui putant. Nam ex corollariis præcedẽtis quæſtionis a n. 59. colligũtur multæ cauſæ quibus excuſantur. Tertio ut ſingulariter in d. q. 185. ar. 7. ait Caietanus mentem diui Thomæ, ſequutus, hanc non eſſe conſuetudinem, ſed abuſum contra ius diuinum. Et in 2. Sec. q. 43. ar. 8. aſſeruit, quòd omnis donatio rei eccleſiaſticæ pietate uel neceſſitate uacua, non eſt diſtributio, ſed diſſipatio à diſpenſatore uſurpata. Et quod maxime aduertendum eſt, agit de ipſius met Papæ diſpenſatione. Quæ Caietani doctrina non eſt tam eius, quam clementis, in d. lib. 2. & 8. de conſtit. & aliorum omnium ſanctorum, & ferę omnium doctorum, citatorum ſupra ead. q. a n. 8.

Nonum argumentum contra nos eſt quòd
26 licet beneficiorum collatores peccent non conferendo ea dignioribus c. licet 8. q. 1. §. Nunc autem 25. diſt. c. Graue de præb. non tamen uidentur obligati

ad reſtituendum poſtea quàm ea contulerint. Attamen etiam hoc argumentum infirmum eſt, quia plus iuuat noſtram cauſam quàm contrariam. Quoniam collator obligatur ad conferendum ei qui dignus ſit, & ſi contulerit indigno, tenetur ad reſtituendum ſecundum omnes. Quamuis alii dicant reſtituere debere digno, qui fuit neglectus, ut Caietanus. 2. Sec. q. 62. ar. 2. alii uero eccleſiæ, cui nocuit ut Adrianus in d. q. 12. & Sotus lib. 5. q. 6. ar. 3. de iuſt. & iur. Quorum ſententia melior nobis uidetur. Et ita nos dicimus, beneficiarium eſſe obligatum ad danda ſuperflua digno, puta pauperi uel operi pio. Et ſi ea confert aliis, confert indigno, & manet obligatus ad reſtituendum eis, quibus nocuit.

Decimum quo pars aduerſa noſtram terrere uult eſt, quòd S. Thom. ille ſanctitatis & ſapientiæ pelagus id tenuiſſe uidetur in 2. Sec. q. 185. ar. 7. & quolib. 6. ar. 12. & quod grande diſcrimen poſuit inter bona eccleſiaſtica principaliter deputata miniſtris, & minus principaliter pau-

27

peribus, & operibus piis. Et inter illa, quæ principaliter deputantur pauperibus,& minus principaliter miniſtris. Et uidetur præfatæ aduerſæ parti non eſſe aliud, quàm quod male impenſa circa hæc, obligant ad reſtituendum: non autem male impenſa circa illa. Sed neque hoc fundamentum eſt firmum. Primum quòd ſupra In hac q. 2. n. 10. monſtratum fuit, S. Thomam non eſſe in contraria opinione. Deinde quòd diſcrimen prædictũ optime uerificatur in eo, quod longe maiorem poteſtatem habent miniſtri, circa bona pĩcipaliter deputata eis, quàm circa alia. Quoniam prius ſunt alendi de illis ipſi quam eccleſia reparanda c. De his, de eccleſ. ædifi. c. neque debentur pauperibus, niſi ſola ſuperflua c. Cum ſecundum de præb. c. 1. 13. q. 2. Et illa debentur eis, quos ipſi elegerint. Quorum omnium contrarium dicẽdum eſt de aliis. Clem. Quia contingit. §. ut autem de Relig. do. Innouata in d. Concilio Trid. ſeſſ. 7. c. 15. de reformat.

Vndecimum argumentum aduerſæ partis

continet quatuor, quæ magnum Adria
num in 4. de reſtit. q. 12. col. 6. in eam
28 mouerunt. Primum quòd pauper elee-
moſynam ſibi largitam expēdens ſuper-
flue aut uoluptuoſe, non tenetur ad reſti
tuendum. Alterum, quod omnes diui-
tes tenentur ex ſuperfluis facere eleemo-
ſynam, non tamen tenentur ad reſtitu-
tionem, non faciendo eam, quamuis in
eo mortaliter peccent. Tertium quòd
obligatio, quæ obligat ſoli Deo, non ha
bet onus reſtituendi, licet obligatus pec
cet mortaliter non ſoluendo. Quarto
quod qui recipit centum aureos, cum o-
nere diſpendendi illos in honorem uel
gloriam Regis, uel ciuitatis, non tenetur
reſtituere, ſi eos in id non expenderit.
Attamen neque hoc fundamentum eſt
ſolidum, quia priora duo argumēta ſum
muntur per locum a ſimili, qui iuridicus
quidem eſt, iuxta c. Inter cæteras de Re-
ſcrip. & c. 2. de Tranſlat. ſed diſſoluitur
per diſſimilitudinem, iuxta notata in di-
ctis cap. & in c. Conſtitutus de Appellat.
quæ in caſu propoſito inuenitur Nā elee
moſynæ

moſynæ non dantur pauperi ſub modo, quo reditus beneficiorũ, beneficiariis cõcedũtur. Nec diuitibus Deus bona cõcedit cũ onere faciendi eleemoſynã, quemadmodum decimæ, aliaque bona fuere olim conceſſa, hodieq; conceduntur ecclesiis. Tertium autem, falſo nititur fun-
29 damento; eo uidelicet, obligationem ſoli Deo quæſitam, non producere neceſſitatem reſtituẽdi: quod falſum eſt, quia ſi quiſpiam aliquid Deo uoueat, aut iuret ſe daturum, receperitue ut Deo donet, & præſtat alteri, ad reſtituendum illud Deo tenetur. c. Sunt qui opes & c. Sacrilegium 17. q. 4. Quartum item argumentum fundamento etiam falſo nititur. Nã ſi quis centum aureos accipiat, ut in honorem regis aut ciuitatis conuertat, reſtituere tenetur ſi non conuerterit in illum honorem, uel ei a quo accepit, aut Regi uel Ciuitati. L. i. & l. legatum. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. l. legatum ciuitatis. ff. de uſu & uſufruct. leg.

N 2 Con-

Concluſio.

PER hæc undecim proxima reſponſa, argumenta aduerſæ partis diſſoluta manent; & ſancta illa & communis opinio firma relinquitur, quam initio propoſuimus ad deciſionem huius ſecundæ quæſtionis. quòd ſcilicet clerici beneficiarii ſacerdotia habentes, qui redituum ſacerdotii partē notabilem, in ſuperfluos aut prophanos uſus impenderint, præter neceſſaria ſibi ad ſuſtentationem honeſtam, præterque erogationem eis in corollariis, quæ incipiuntur a n. 48. proximæ quæſtionis permiſſum, nedum peccant mortaliter, ſed etiam tenētur ad reſtitutionem.

COROLLARIA.

Beneficiario ab aliquo recipiens aliquid quando illud reſtituere teneatur, ac quibus id legibus diffiniendum ſit. n. 31.

Debitor quando dicatur facere in fraudem creditorum n. 32. quantumque interſit utrum quis recipiat a creditore fraudatore ex cauſa oneroſa, uel

uel lucratiua. nu. 33.

Scotus uir perſpicaciſſimus nu. 33.

Beneficiarij bona ſunt obligata pro bonis & reditibus quæ ab eccleſia habet, ex quibus tanquam pauper poteſt ſua debita ſoluere n. 34. & 35. *Nec in hac obligatione præferuntur alij creditores pauperibus, ſed ipſe potius beneficiarius tam quàm unus ex numero pauperum poteſt ſe præferre alijs pauperibus. n.* 35.

Dotem receptam a beneficiario an reſtituere quis teneatur, & promiſſam nondum ſolutam an poſſit petere n. 36. & *qua ratione teneatur beneficiarius dotem male promiſſam reſtituere n.* 36.

Iniuſte receptum a beneficiario cui ſit reſtituendum. nu. 37.

Beneficiarius poteſt ex nominibus ſuorum debitorum ſua debita ſoluere etiam poſt mortem exactis, non obſtante extrauagante Iulij tertij ſummi pontificis. nu. 37.

30 PRIMVM Corollarium, quod ingẽs eſt dubium, An accipiens aliquid iniuſte a beneficiario ex reditibus Eccleſiaſticis, teneatur ad eius reſtitutionem. Et quidem alii putant teneri, alii contra. Nobis uidetur, primum pendere deciſionem huius quæſtionis a legibus loquentibus de debitoribus facientibus

 aliquid

aliquid in fraudem creditorum. Quæ ha bentur ſub tit. ff. de his quæ in fraudem cred. & C. de reuocand. his quæ in frau dem. Et .§. Item ſi quis in fraud. Inſtit. de Actio. Nam ut ſuperius in 1.q.a n. 17. explicuimus beneficiarii debitores ſunt pauperum,& operum piorum,ipſiq; pau peres,& pia opera,creditores ſunt illorũ.
Secundo dico quod is qui aliquid a benefi
31 ciario accepit, non tenetur reſtituere ſi beneficiarius ſit ſoluendo. Quia cum debitor eſt ſoluendo, eius creditores nihil repetere poſſunt ab eo,qui a debitore ali quid, quacunq; ex cauſa etiam donatio nis,aut alia lucratiua accepit.l. Ex his.& l. Ait prætor.§. Præterea.ff. Quæ in fraud. & l. Pen. C. de reuocand. his quæ in fraud. ibi, Poſſeſſis & diſtractis. Nam leges prædictæ in debitores fraudatores e- ditæ, ceſſant cum debitor poteſt ſoluere
32 creditoribus, quod indubie locum habet, in beneficiario habente bona patrimonialia uel quaſi, quæ cuicunque ue lit donare ea poteſt, iuxta tradita in corollariis proximæ quæſtionis. Imo etiam

credimus

credimus quod licet beneficiarius ſolum habeat reditus beneficii, ſi tamen uelit ſumptus diminuere, ac frugalius uiuere, aut alio modo bona congerere, ut pauperibus ſatisfaciat; quòd tunc is qui ab eo aliquid accepit, non amplius teneatur, quàm illum monere, ut uitam agat frugalem, parcat ſumptibus, & bona quærat, unde poſſit reſtituere, illamq; expectare. Tertio dico quod ſi ignorans clericum beneficiarium ſoluendo non eſſe, nec amplius eum in bonis habere, quàm id
33 quod ſibi donatum uolebat, id ab eo acceperit ex cauſa oneroſa iuſta, quòd nõ tenetur ad reſtitutionem. Ea primum ratione, quòd ut accipiens aliquid ex contractu, aut ex cauſa onerosa a debitore fraudatore, teneatur ad reſtitutionem, duo interuenire oportet. Primum ut debitor ſoluendo non ſit. Secundum, ut ſuſcipiens ab eo ſciat, eum non eſſe ſoluendo. d.l.penul.C.de reuocand.his quæ in fraud.l.Qui autem.§.Similique modo.ff. eod.Secunda ratio eſt, quia is qui a clerico beneficiario aliquid ex titulo oneroſo

ſo ueluti ex contractu emptionis, aut locationis, alioue cōtractu nominato, ſiue etiam innominato iuſto, ſuſcepit, bona fide tantundem dedit quantum ſuſcipit, & ſubinde nihil reſtituere tenebitur. Per illam longe pulcherrimam doctrinam Scoti uiri perſpicaciſſimi in 4. diſt. 15. q. 2. ar. 2. quam citauimus in commen. c. Fin. de uſur. n. 13. & probatur per dicta. Thom. 2. Sec. q. 58. ar. 6. & q. 59. ar. 2. uidelicet quòd in omnibus comerciis, & contractibus eſt ſeruāda iuſtitia commutatiua, ita quòd tantum ualeat quod datur quantum ualet quod accipitur.

Quarto dico quòd accipiens aliquid a beneficiario, ex donatione aut ex alia cauſa lucratiua, quem ſcit nihil amplius in bonis habere, quàm id quod pauperibus erogare tenetur, debet quod accipit reſtituere, ſi beneficiarius donator illud non reſtituerit, ſiue ſciat donatarius, ſiue ignoret, beneficiarium donatorem ſoluendo non fuiſſe, quia ut ſuſcipiens a debitore fraudatore ex cauſa lucratiua ad reſtitutionem teneatur. ſufficit ipſa

fraudari

fraudari creditorem. quanuis is qui ſuſcipit fraudem non participet. L. Qui autem .§. Similique .ff. Quæ in fraud. Nec his, quæ diximus obeſt ſi quiſpiam dicat,
34 cat,bona beneficiarii obligata eſſe tacite & hipothecata, pro reſartione damni a beneficiario illati bonis eccleſiaſticis;iuxta gloſ. quæ ſingul. putatur in c. Ex literis de pignorib. quæ tam ſimilem habet in c. Similiter 16.q.1. Et ſubinde pauperes tanquam creditores,præferendos eſſe aliis creditoribus. Nam primo reſponderi ac negari poteſt,ullam contrahi hoc caſu hipothecam. Attento quod nullus textus exprimit eiuſmodi obligationem, ut in d. gloſ. dicunt dd. Item quamuis fateamur hipothecam contrahi, contrahetur ſolum,quoad indemnitatem bonorum & iurium eccleſiæ, ex qua beneficiarius reditus ſuos percipit. Nec porrigitur ad ipſos reditus, quos beneficiarius ſibi excipit, & habet etiam bonorum liberam adminiſtrationem,cum onere elargiendi ſuperflua pauperibus, aut in alios pios uſus conuertendi. Quæ

uidetur

uidetur ſingularis, & æqua declaratio? Cui tamen obiici poteſt illud, quod obligatio prælati eccleſiaſtici eſt ſimilis obligationi tutoris, ut prædicta gloſ. dixit. Cuius bona ſunt tacite hipothecata, non ſolum pro bonis in inuẽtario contentis, ſed etiam pro reditibus ex bonis prouenientibus. l. ſi mater. C. In quibus cauſ. pign. uel hipothec. l. fin. ff. eod. Quare aliter & ſingulariter huic obiectioni reſpondemus, nempe quòd beneficiarius cum non habet bona ex quibus pauperibus aliisque ſuis creditoribus ſatisfacere poſſit, ipſe met beneficiarius annumerandus eſt pauperibus. Quare tunc ſolutio ſuorum debitorum, cẽſenda erit quaſi erogatio in pauperes, ac ita ipſe beneficiarius, tanquàm ſuorum redituum diſtributor, poteſt ex reliquis ipſorum ſuſcipere ſibi tanquam pauper. Vnde ſua debita, tanquam debita pauperis ſoluat. Nec eo modo ipſius beneficiarii creditores præferuntur pauperibus. Sed ipſe beneficiarius ſe ipſum, tanquam pauperem præfert aliis pauperibus, propter pote-

ſtatem ſibi a iure conceſſam erogādi reli qua ſuorum redituum pauperibus, quos ipſe elegerit. Quibus ſuffragatur quod in Manuali. cap. 25. n. 131. aſſeruimus, poſ ſe beneficiarium debita ſua, etiam iniu ſte contracta, ſoluere ex reliquis ſuorum redituum ſibi illa excipiendo, tanquàm pauper ut diximus, ut ex illis ſoluat tan quàm pauper nomine ſuo debita ſua.

Secundum Corollarium quòd non abs re
36 dubitatur. An is qui cum conſanguinea, aut propinqua beneficiarii, matrimoniū contraxit, dote accepta aut promiſſa tenetur acceptam reſtituere, & petens promiſſam ſit repellendus. Et nobis uidetur diſpiciendum eſſe, an contrahens hoc matrimoniū, putauit beneficiarium potuiſſe tam amplam dotem iuſte conſtituere, & tunc nec acceptam reſtituere teneatur, & poſſit promiſſam petere. Primum ea ratione, quia recipit dotem ex contractu cauſæ maxime oneroſæ. l. pro oneribus. C. de iur. dot. & c. Salubriter de uſur. Deinde quia clerici tenentur ſoluere ex ſuorum beneficiorum reditibus

bus ſua debita c. Peruenit de fideiuſſ. cum ei annot. per reſolutionem pulcherrimam, quam inſeruimus Manuali c.25. n. 130. & c. Cum ſecundum de Præb.) etiam iniuſte contracta ſi alia bona non habeant. Et clericus qui dotem promiſit, ignoranti non potuiſſe illam a ſe promitti, tenetur ob promiſſionem, & dolum comiſſum, dotem ſoluere, ac reſarcire ei damnum, quod accepit ex nuptiis contractis, ſub ſpe promiſſionis inutilis dotis. Et ſubinde obligatur. (Arg. l. 1. §. Ait prætor. & l. Penul. & l. Vlt. ff. de Dolo. & per tertium dictum ſupra poſitum in j. coroll. n. 33. ſi ut prædictum eſt contrahens has nuptias, nō participauit, fraudem in promiſſione dotis factam paupe ribus & pijs operibus. alioqui contradicendum uidetur Arg. l. Et eleganter. §. fin. & l. ſeq. ff. de dolo. & magis ſpeciatim in l. Si debitore, & l. Ait prætor. l. Si quis particeps. ff. Quæ in fraud. cred.)

Tertium corollarium quod elegans dubiū, a paucis propoſitum, eſt; cui ſcilicet reſtituendum ſit id quod perperam eſt datū

aut receptum a beneficiario ex reditibus eccleſiaſticis? Ego exiſtimo ſatis illum excuſari, qui illud reſtituerit ipſi benefi ciario, aut eius eccleſiæ ĩ opera illius pia conuertendum; aut etiam ſi reſtituat aliis pauperibus uel operibus piis. Nam
37 licet ipſe beneficiarius, in alios pauperes aut in alia etiam opera pia illud impendiſſet, iuxta ſuperius dicta in q. 1. coroll. 12. n. 63. tamen cum non teneatur beneficiarius, ut ibidẽ monſtrauimus, certis & nominatis pauperibus uel piis operibus erogare, is qui ab eo accepit, excuſatur reſtituendo illis, quibus ſi ipſe beneficiarius donaſſet, ſatisfeciſſet, tanquã ſcilicet in eius locum ſuffectis. Quia ſurrogatus, ſapit naturam eius cui ſubrogatur l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & c. Eccleſiæ S. Mariæ ut lit. pen.

Quartum corollarium, fuiſſe per quàm duram Iulii tertii ſummi pontificis extrauagantem, prohibentem debita epiſcoporum, & aliorum beneficiariorum, tempore obitus eorum non ſoluta, ſolui ex fructibus aut reditibus ipſorum beneficiariorum

riorum nondum exactis. quia licet ipſe Iulius iuſtis ductus rationibus id ſanxiſſet, & in luſitania multos excitaſſet tumultos, tandem tamen uſu recepta non fuit. Quia neque reditus beneficiorum ſtatim cum fructus percipiuntur exigi ſolent, propter ipſorum locationes, quibus ſolutio differtur. Et quia oportet interdum, beneficiarios mutuum dare & ſolutionem expectare, ſæpe etiam ex mutuo uiuere. Item quia decedens obæratus pauper eſt cenſendus, & ſubinde nomine eius ſolutum, pauperi datum intelligi debet, ut ſupra docuimus. in coroll. 2. huius quæſtionis.

TERTIA QVAESTIO.

An poſsint beneficiarii de reditibus beneficiorum teſtari.

SVMMARIVM.

Beneficiarius de quibus bonis teſtari poßit & de quibus non nu. 1.

Ratio pluribus ignota quare inter uiuos donare poſsit beneficiarius, ſed non teſtari. nu. 2. & 8.

1 HVIC quæſtioni reſpondemus. Primum id, quod primæ & ſecundæ quæſtioni proximis reſponſum dedimus. Nẽpe iſtã quæſtionem non eſſe referendam ad omnia beneficiariorum bona, ſed ad ea tantum, de quibus proximæ quæſtiones prædictæ loquuntur: ſcilicet ad bona tantum redituum beneficiorum, & non ad bona patrimonialia, de quibus indubie teſtari poſſunt. c. 1. c. Fixum. 12. q. 5. c. 1. c. Quia nos de teſtam. nec ad quaſi patrimoniali

lia per ea quæ ſuperius dicta ſunt in 1.q. n.7.& 75. Secundo reſpondemus, quòd beneficiarii nequaquam poſſunt de reditibus bonorum ſuorum beneficiorum teſtari. Primo quia mille (ut ita dixerim) pontificiis legibus,& canonibus, hanc teſtamẽti factionem eccleſia prohibuit: uidelicet.c.Epiſcopi.c. Sint manifeſtæ. 12. q.1.c.Quia Ioannes. c.Fixum.12.q.5. c.1. c.Ad hæc. c.Quia nos. c.Cum in officiis & c.Relatũ.2.de Teſtam. Authen. Licentiam. C. de Epiſcopis & cleric. Secundo, quia ea ratione, qua ſuperius aſſeruimus nõ poſſe beneficiarios,bona iſta de reditibus beneficiorũ conuertere,niſi in ſuam honeſtam ſuſtentationem & in pauperes, ac pios uſus,eadem ipſa cõuincitur, non poſſe etiã eos,de illis ullo modo teſtari;ergo idem ius ſeruandum eſt.l. Illud.ff.ad l. Aqui.l.c.2.de trãslat. prælat. Tertio quod minorem habent teſtandi de his reditibus,quàm diſponendi inter uiuos facultatem. Nam poſſunt inter uiuos omnes illos pauperibus donare, & ĩ opera pia impendere. Per hoc præſens

i. cap.

cap. & alia multa ſupra adducta: At ex teſtamento ſolam modicam quantitatẽ ac in pias cauſas uel in remunerationẽ. Idque conſuetudine demum permittente. iuxta reſponſum Alexandri tertii cap. Relatum 2. de teſtam. Quarto, quod prudentiſſimo conſilio Eccleſia conſtituit hoc, ſcilicet ut maiorem haberet beneficiarius poteſtatem, diſtribuendi inter uiuos, quàm in ultima uoluntate. Perſpiciébat enim, teneri beneficiarios ad erogan da reliqua iſtorum redituũ pauperibus, dum uita potiuntur, ut per hoc. c. & alia prius citata conſtat, & ſuperius oſtendimus q. 1. a n. 17. & ſeq. perſpiciebat itẽ huic erogationi maximo eſſe impedimẽto, auaritiam: ſimiliter experiẽtia docente intelligebat, nihil eſſe cõſultius, ad inuitandum eum, cui uſufructus aliquorũ bonorum relinquuntur ad liberalitatem in uita excerdendam, & ad auertendum à nimio illorum deſiderio, quam ei uſufructuum eorum relinquere ſub conditione, ne de eius reditibus, quicquã decedens relinquere poſſit. Et hæc eſt uera

Q atque

atque germana ratio, qua fuit adempta clericis teſtandi facultas in fauorem etiã pauperum, quibus in uita donare eiſdem clericis permiſſum fuit. Cuius rationis ignorantia in cauſa fuit, ut quidam iuris ciuilis interpretes, Petrus ſcilicet & eius ſequaces, in Authen. Licentiam C. de Epiſcopis & cleric. Pontificii interpretibus obſtreperent, dicentes eos incidere in l. Fuſiam caninam, quæ uetabat dare libertatem teſtamento, & non inter uiuos l. 1. C. de leg. fuſ. Can. & Baldus in d. Auth. Licentiam, eos defendere conatus, laberetur; ac Panormitani & Ancharani rationes in d c. Adhæc de teſtam. Barbatio ibidem col. 2. non approbarentur. Et ipſe Barbatius ingenue fateretur, ſe huius traditionis rationem non aſſecutum. Quinto, quòd abſurdum fuiſſet, quod eccleſia permiſiſſet beneficiariis abſque iuſta cauſa teſtari de reliquis reditibus beneficiorum, in ſuperfluos & prophanos uſus, cũ ſint illa, ut ſuperius oſtendimus, pauperibus debita, legibus naturæ, diuinis, quas tutari ad ſanguinem & necem uſq;

eccle-

eccleſiam oportet, ut author eſt Diuus Vrbanus Summus Pontifex in cap. Sunt quidam 25. q. 1. Sexto, quod hoc ipſum conſtitutum fuit ab Apoſtolis eorumque primis aut ſaltem proximis ſucceſſoribus uti ex canonibus Apoſtolorum, eorumq; diſcipulorum ac ſucceſſorum apparet. In can. Apoſt. 40. & 41. qui referuntur in cap. ſint manifeſte & cap. ſeq. 12. q. 1. & colligitur ex c. Epiſcopi & c. Videntes ead. cauſ. & q. & c. Quia Ioãnes & cap. Fixum 12. q. 5. Septimo tandem nobis opitulatur quod non ſolum communis opinio, ſed etiam omnium una eſt, iure communi non poſſe beneficiarios, de reditibus beneficiorum teſtari in ullos uſus prophanos, aut ſuperfluos, neque etiam in pauperes, & alia opera pia. Vt conſtat per Panor. And. ſic, & per uſ. in Rub. de teſtam. & per alios ab eis citatos.

SVMMARIVM.

Papa non permittit Epiſcopis hiſpanis teſtari. n. 3.
Beneficiarius teſtari nequit de his quæ diuitibus do-

 nare

nare non poteſt n. 4. Quanuis eius beneficium ſit ſimplex n. 5. Niſi tantundem de bonis ſuis eccleſiæ donauerit n. 6. aut in pios uſus impenderit nu. 7. & quod alia lege prohibetur. in uſus prophanos, & alia in pios n. 9.

Conſuetudo ualet ut in pios uſus beneficiarij teſtari poſſint, ſed non in prophanos. n. 10.

Corollaria.

3 EX ſupra dictis omnibus primum, elicitur ratio, qua cotidie Summus Pontifex, per ſuos collectores in Hiſpania, accipit omnia bona epiſcoporũ, quæ relinquunt tempore mortis de reditibus eccleſiaſticis, omnibus reiectis teſtamentis. Quod iure quidem fit, licet ea omnia in opera pia relinquerent. Per text. in hoc ſingularem in c. Quia Ioannes 12. q. 5. Immo quod maius eſt Summorũ Pontificũ teſtamenta, a ſucceſſoribus ſuis non recipiuntur quoad reditus eccleſiaſticos, quando ſaltem ad alios: quàm pios uſus relinquunt. Quin omnia prædicta bona deferuntur ad eum, quem Camarlengum uocant (cuius offi-

cium

cium morte Summi Pontificis non finitur. Clem. Ne Romani .§. Eo prouiſio de electione; ubi bona gloſ. in propoſitum noſtrum.

Secundum corollarium, quòd nullus omni
4 no beneficiarius teſtari poteſt de his rebus, quas non liceret ei donare inter uiuos, diuitibus, propinquis, & amicis, ſine reſpectu pietatis, aut paupertatis. Nam ut ex ſupradictis liquet, quòd quoad alia omnia, prohibita eſt beneficiariis teſtamẽti factio, & quòd minorem poteſtatem habent teſtandi quàm donãdi. c. Adhæc adiuncto c. Relatum 2. de teſtam. & c. Quia Epiſcopus 12. q. 5. ubi gloſ. memoranda.

Tertium corollarium, uerum eſſe id, quod
5 Panormitanus, in cap. Cum eſſes de teſtam. num. 23. late ac efficaciter probat, cum communi contra gloſſam, in cap. Præſenti, de offic. ord. lib. 6. uidelicet Nullum beneficiarium quamlibet ſimplicem, poſſe de reditibus eius teſtari. Primum, quia iura pontificia id prohibentia, generaliter de omnibus benefi

ciariis loquuntur, & ita generaliter ſunt intelligenda l. De prætio.ff. de public. c. Solitæ de maior. & obed. Deinde quia expreſſim quædam illorum iuriū, prohibent ſimplicibus beneficiariis teſtamenta facere c. Relatum. 2. de teſtam. & c. Epiſcopi 12. q. 1. nempe canonicis, quos beneficiarios eſſe ſimplices, expeditum omnibus eſt. Tertio, quia eadem ratio dictat, adimendam eſſe utriſque beneficiariis, ſimplicibus & curatis, teſtamenti factionem cum utrorumque beneficiorum, ſimplicium, & curatorū reditus, ex bonis eccleſiaſticis percipiātur: habeātq. ſubinde onus adiunctum tacite uel expreſſe, erogandi illorum ſuperflua pauperibus, ut ſuperius abunde dictum eſt in q. 1. a n. 17. & ſeq. Quarto quia ut ſuperius q. 1. n. 73. docuimus; reditus ſimplicium beneficiorum, nequaquam liberius erogari poſſunt, quàm reditus curatorū.
Quartum corollarium quod ex his etiam
6 elicitur ratio concilii Agathenſis c. Si Epiſcopus 12. q. 5. permittentis Epiſcopo, ut quantum de bonis ſuis patrimonialibus

bus eccleſiæ contulerit, tantundem poſſit decedens propinquis aut quibus maluerit relinquere. Quia ſcilicet tunc, magis de reditibus ſuis patrimonialibus effectu inſpecto teſtatur, quàm de reditibus eccleſiaſticis. Et de æquipollentibus idem eſt iudicium l. fin. .ff. mand. c. Licet ex quadam, de teſti.

Quintum corollarium, quòd beneficiarius
7 qui de rebus ſuis patrimonialibus, aut quaſi patrimonialibus, quidpiam pauperibus donauerit; poſſet tantundem ex teſtamento cui uoluerit relinquere ex reditibus eccleſiaſticis, per prædict. cap. Si quis epiſcop. 12. q. 5. & tradit Peruſ. in Rubrica de teſtam. col. 32. Sicuti etiam beneficiarius, aliquid donans eccleſiæ inter uiuos ex ſuis bonis patrimonialibus, poteſt deinde, tantundem ſibi ex bonis eccleſiæ aſſummere. c. Si quis qualibet 12. q. 2. & Peruſ. ubi ſupra, iuxta Panormitani traditionem in c. 1. de Rer. permut. & in repet. c. Cum eſſes de teſtam. n. 31. pulchrius. Quo multi excuſari poſſunt; & ita imputare reditibus eccleſia-

ſticis omnia a ſe in eleemoſinis expneſa, ex bonis ſuis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus,ut tantundē cui uelint, ſana conſcientia relinquere poſſint.

Sextum corollarium,quòd licet beneficia-
8 rii, dum ualent ac etiam ægrotantes,poſſint inter uiuos omnes ſuos reditus ex eiſque redacta bona, pauperibus & piis operibus donare,Iuxta hoc c.Hieroni.& c. Caſellas. & c. Epiſcopi 10. q. 2. ut iam ſuperius dictum eſt, In coroll.29. q.1. n. 85. ex teſtamento tamen nequaquam poſſunt,ſiue conſtituti in infirmitate, ſiue in recta ualetudine teſtari uelint.

Septimum corollarium, quòd alia lege,ac
9 ratione,prohibentur beneficiarii teſtari de reliquis ſuorum redituum,in prophanos uſus, & alia lege ac etiam ratione in uſus pios. Nam teſtamenti factio in uſus prophanos, interdicitur,lege naturali diuina, comprehenſa in ſeptimo decalogi præcepto, & etiam ratione,quæ dictat: repugnare legi naturali uſum rei alienæ, in alium ab eo, in quem accepta ſit. Et quod eſt debitum uni, alteri ſoluere.

Id quod late demonſtratum eſt ſupra, in q. 1. n. 13. & ſeq. Quorum utrunque facit beneficiarius, dum reliqua iſtorum redituum debita pauperibus, uult ex teſtamẽto in prophanos uſus relinquere. per late adducta ſupra eod. c. q. 1. a n. 17. Teſtari uero in pios uſus haud quaquã hac lege & ratione beneficiariis prohibetur. Cum teſtãdo in pios uſus, in eum uſum, in quem acceperunt, his reliquis utantur; et ſoluant eiſdem quibus debentur. Prohibẽtur autem teſtari lege canonica, intendente, ut beneficiarii reliqua iſta inter uiuos in pia opera impendant, & ut illorum deſiderium abiiciant: quæ fuit ratio, ſcopusq; huius prohibitionis, ſupra in hac q. 3. n. 1. & 2. declaratus.

Octauum corollarium, quòd ex his ſubſe-
10 quitur aperte, deciſio illius per obſcuræ quæſtionis, a multis quidem propoſitæ, a nemine tamen hactenus radicitus, mea ſententia, explicatæ. An ſcilicet conſuetudine induci poſſit, ut beneficiarii teſtari ualeant, de reditibus beneficiorum, abrogando ius cõmune contrarium ſtatuens.

Et reſpondemus, nullam omnino conſuetudinem concedere poſſe iſtam teſtādi factionem, cōtra iuris communis prohibitionem, in quantum ea in ſeptimo conentur præcepto, ac legi conuenit naturali in eo comprehenſæ. Quandoquidem conſuetudo contra legem naturalem & diuinam nulla eſt. c. Quæ contra mores, &c. Mala conſuetudo 8. diſt. Et conſequēter nequit præſtare facultatem teſtandi in prophanos uſus. Cum aduerſetur hoc, ut in præcedenti diſſeruimus corollario, ſeptimo præcepto, & legi naturali in eo comprehenſæ. Poteſt autem conſuetudo introducere, ut in pios uſus beneficiarii teſtentur. Cum hoc lege humana tantum prohibeatur, & non naturali, cui derogat conſuetudo c. Fin. de cōſuet. l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo: ut proxime explicuimus. Qua radicali (ut ita dicam) declaratione, conciliari poteſt opinio improbantium iſtam conſuetudinem, permittentem teſtamenta condere beneficiariis, quam fere omnes amplectuntur. Ex quibus multos retulit,

pulchre

pulchre de more Didacus in d. c. Cum in officiis n. 9. cum opinione contraria paucorum, quos idem Didacus retulit in d. n. 9. Cui tamen non accedit Hoſtienſis in c. fin. de pecul. cleric. ſolum enim ait id eſſe uerum ſecundum quoſdam, nec Diuus Antoninus. 3. p. tit. 10. §. 14. ſolum enim ait id fieri, non tamen dicit bene fieri, quàmuis quidam putant eos eſſe, in illa paucorum opinione.

SVMMARIVM.

Conſuetudo permittens beneficiario percipere poſt mortem reditus beneficij primi aut ſecundi anni ualet n. 11. Qualiterque intelligatur nu. 12. Et quomodo beneficiarij hæredes hos reditus expendere teneantur n. 13.

Conſuetudo non ualet ut beneficiarij teſtentur de reditibus Eccleſiaſticis niſi ut plurimum in opera pia n. 14.

Beneficiarij non ſunt liberi domini redituum eccleſiaſticorum n. 15.

Papa, & alij prælati qua ratione excuſentur a peccato non punientes beneficiarios teſtamenta condentes n. 15. & 16.

Permittitur aliquando aliquod malum ut aliud maius euitetur. n. 16.

11 NONVM corollarium, quòd parũ urgent argumenta, quæ impulerũt nonnullos ad aſſerendum ualere conſuetudinem, ut beneficiarii prolibito poſſint teſtari ergą diuites, & in prophanos uſus, ſine intuitu paupertatis aut pietatis. Nam illa ſunt ſex, quæ ſequuntur, quorum ſingula diluemus.

Primum ſane nititur cuidam extrauaganti quæ incipit Suſcepti, Io. 22. quæ eſt in tit. de electione inter extrauag. eius, & in tit. Ne ſede Vacan. inter extrauag. cõmunes, quæ adprobat, conſuetudinem, ut beneficiarius percipiat poſt mortem reditus beneficij primi aut ſecundi anni. Secundum autem eſt, uideri Innocentium ad probare, in cap. Cum tibi de uerb. ſig. huius conſuetudinis ualorem, quod ibidem Panormitanus annotaſſe dicitur. Tertium eſt, quòd conſuetudo poteſt legem abrogare humanam. cap. Fin. de Conſuet. l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo) qualis eſt, hæc, prohibens beneficiariis hanc teſtamenti factionem. Et quòd contra eam eſt generalis conſuetudo.

tudo. Quartum quod beneficiarii uidentur domini ſuorum redituum.c. 1. de cleric. non reſid. lib. 6. et quod dominus cuiuſq; rei poteſt pro libito de ea diſponere atque teſtari. l. i. ff. ad l. falcid. l. i. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quintum, quòd Summus Pontifex cum non puniat beneficiarios teſtamenta facientes, ſatis uidetur legem id prohibentem abrogare uelle. Sextum quod exiſtente uera noſtra aſſertione, peccarēt Summi Pontifices, permittentes pro ut permittere uidētur beneficiarijs, teſtari. Arg. c. Qui negligunt &c. Reſecandæ 23. q. 4. cap. Qui conſentit 83. diſt.

Ad primum horum ſex argumentorum re-
12 ſpondemus. Primo, nequaquam eam Extrauagantem ſtatuere, ut liceat ex cōſuetudine beneficiariis teſtari de fructibus primi aut ſecundi anni ob quod uir doctiſſimus Zēzelinus a nemine citatus, annotauit ſingulariter ibidē, in quadā gloſſa, (Eiuſdem extrauag. quam habet inter extrauag. Io. 22. tit. de electione in uerb. Defuncto.) fructos iſtos conuerten

dos eſſe in utilitatẽ animæ defuncti, uel ut idem Zenzelinus, in alia gloſſa poſita in uerb. Eccleſiis, ſentit, in ſolutionem nominum, uel debitorũ defuncti. Quod ſummã habet rationem, perſpecta mẽte prædictæ conſuetudinis id permittentis, ne bona deeſſent ſumptibus funeris, & ſolutioni debitorum defuncti. Quin & in alia gloſſa, ſuper uerb. Perſonis, addi dit idem Zenzelinus, non ualere conſue tudinem, deferentem prædictos fructus perſonis laicis diuitibus. Nec refragatur quod Io. And. frequentius receptus ſcripſit. In c. Nemo plus iuris, de Regul. iur. lib. 6.) approbari ea extrauag. ſuam opi nionem, qua tradiderat ualere conſuetu dinem permittẽtem beneficiario teſtari de fructibus primi aut ſecundi anni, poſt mortem ſuã perceptis. Nam ille textus, haud quaquam id cõſtituit, ut diximus, et ſi conſtituiſſet, eſſet ſane intelligen dus de conſuetudine teſtandi in pios uſus, & non prophanos, ut aperte colligitur ex tribus gloſſis Zenzelini proxime citatis. Nec etiam ipſe Io. And. contra-

tium expreſſit; & rationes ſupra citatæ in hanc nos concordiam neceſſario adducunt. Arg. c. Cum expediat de elect. lib. 6. & l. 1. C. de inoff. dot. Ex quo infero hæredes beneficiarii defuncti, non poſſe prædictos fructus percipere, niſi tã quàm pauperes, aut quia debita defuncti, ex aliis ſuis ipſorum hæredũm bonis ſoluiſſent, uel in locũ aliorum bonorũ, quæ defunctus ex ſuis bonis ĩ pauperes, aut in pios uſus impendiſſet. Iuxta coroll. 4. & 5. ſupra ead. q. quæ ſingularis eſt & germana illius textus declaratio, & multorum doctorum qui iſta curſim tradiderunt.

Secundo argumẽto reſpõdemus, primum, quod nullam in eo textu præſuponit Innocentius conſuetudinem de teſtamentis clericorum, nec de poteſtate teſtandi loquitur, ſed ordinandi; quam ordinationem gloſſa in d. c. Cum tibi de uerb. ſignif. ibi refert ad ordinationem inter uiuos faciẽdam, iuſta conſtitutionem Alexandri tertii præcitatam. In d. c. Ad hæc. Deinde quòd quamuis Innocentius ibi

eam

eam cõſuetudinem præſupponeret, intelligenda ea foret de conſuetudine teſtandi in pios & non in prophanos uſus, iuxta ſupradicta in reſponſione, arg. 1.

Tertio argumento reſpondemus, Primo, fatendo, conſuetudinem poſſe indubie derogare legi humanæ, quatenus eſt humana. c. Fin. de conſuet. ſed non quatenus illa complectitur legem naturalem aut diuinam. c. Quæ contra mores 8. d. & late Fely. in c. 1. de Treg. & pac. Et ſubinde fateor conſuetudinem poſſe beneficiariis concedere facultatem teſtandi in pios uſus, cum id lege tantum humana prohibetur. ſed non teſtandi in uſus prophanos, cum hoc lege naturali, comprehenſa in ſeptimo præcepto ſit interdictum, ut probatum fuit ſupra q. 1. n. 10. & in ſeq. Secundo reſpondeo plane negando eam, quam hoc argumentum aſtruit, conſuetudinem generalem uigere ut beneficiarii ad libitum teſtari poſſint. Quoniam primo, nec Epiſcopi, nec Abbates nec alii beneficiarii religioſi, Nec item uiri literati Deum (ut par eſt) timẽ

tes pauperesq; diligentes uſquam teſtantur, ſine ſpeciali Papæ licentia, niſi ad ſummum in opera pia, qui omnes saniorem conſtituunt beneficiariorum partem. Deinde quia pauci ex his, qui in prophanos uſus teſtantur id faciunt de reliquis ſuorum redituum. quia minor illorum pars obtinet beneficia, quæ ad honeſtam ſuſtentationem eorum ſufficiant, & multi obtinentium pinguiora beneficia decedunt oneratiores debitis, quàm ſuperfluis abundantes. Et paucis alijs frugalioris uitæ, reliqua ulla ſuorum eccleſiaſticorum redituum ſuperfluerunt, quæ in prophanos uſus poſſint erogare. deductis ex eis ſuo uictui neceſſarijs, ſiue omnia illa impendant, ſiue parcius uiuendo aliquam partem ſibi quærant. Deductis item ſubuentionibus, quibus toto tẽpore quo beneficiarii fuerunt ſubuenerunt mendicantibus, cognatis, familiaribus & amicis egentibus, Deductis etiã quæ decedentes teſtamento relinquunt ſumptibus funeris, famulis bene meritis, atque aliis piis operibus. Deducta de-

nique mercede, quam forte meruerunt per officia, Eccleſiæ uniuerſali, aut particulari impenſa, ultra ea, quæ intuitu beneficii debebat. Itaque pauci erunt, qui attentis his, teſtentur de reliquis beneficiorum ſuorum in uſus prophanos, ſed ſolum de patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus, quæ frugalitate, induſtria, labore, negociatione ac officiis, ſiue ſeruitiis, ut ita dicam, parta poſſident. Quare auſim affirmare, nedum maiorem beneficiariorum partem, ſed nec illorum uiceſſimam, nec etiam quadrageſimam, contra hanc noſtram concluſionem teſtari conſueuiſſe. Et cum ad legem abrogandam, oporteat maiorem ſubditorum partem, contra eam facere ſecũdum Pan. in c. Fin. n. 18. de conſuet.) apparet liquido, non eſſe inductam conſuetudinem, ut beneficiarii ad libitum teſtari poſſint: niſi ut plurimum in opera pia.

Quarto argumento reſpondemus inficiantes aperte, beneficiarios eſſe dominos redituum eccleſiaſticorum, ſaltem liberos, & abſolutos, ſicuti ſunt redituum ſuorũ patri-

patrimonialium, & quaſi patrimonialium; & ut laici ſuorum bonorum. Sed ſolum aſtricti & obligati, ut uictu ſibi honeſto retento, quæ ſuperfluunt elargiantur pauperibus, ut ſuperius oſtenſum fuit. d. q. 1. n. 17. & melius q. 2. nu. 14. Quinto argumento reſpondemus, nõ uideri ſummos pontifices uoluiſſe, legem prædictam abolere, ex eo quod beneficiarios teſtamenta facientes non punierint. Primum quia ſuperior non uidetur, legẽ a ſe latam, a ſubditisq; receptam abrogare, eo quòd tranſgreſſores eius nulla afficiat pena. c. Cum iam Dudum de præb. Gloſ. c. Omnis. d. 3. & late Felin. in c. 1. de treg. & pac. ſup. gloſ. illius ſingulari uerſ. Noua lex. Et conſtat, hanc legem communem fuiſſe receptiſsimam. Item quia legem naturalem, aut diuinam poſitiuam nequeunt ſuperiores, ut maxime id uelint, ac expreſsim caueant, tollere. Quia legẽ maioris minor non tollit Cle. Ne Romani de elect. c. Cum inferior de Maior & obed.) Nec etiam circa eam indulgere ſeu diſpenſare ſine iuſta cauſa;

 Gloſ.

Gloſ.c. Non eſt, de uoto. & cap. Quanto de iureiur. notatur late in c. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. Et lex hæc prohibens teſtamenti factionem, de reditibus Eccleſiaſticis in uſus prophanos, eſt naturalis comprehenſa in ſeptimo decalogi præcepto: ut iam ſuperius explicuimus. In hac ead. q. 3. n. 10. Et ſubinde nec tacite nec expreſſe hanc legem ſuperiores tollere poſſunt, nec circa illam diſpenſare ſine iuſta cauſa, ut luculenter Panormitanus docet. In repet. c. Cum eſſes nu. 29. de teſtam. Quæ diſpenſatio recte facta, declaratio effectu ipſo iudicanda eſt, iuxta Thom. quolib. 4. ar. 13. & Quolib. 9. ar. 15. & Maior. in 4. diſt. 24. q. 12. & melius in 3. d. 37. q. 12. ubi Scotus ſubtiliter de duplici diſpenſatione.

Sexto & ultimo argumento reſpondemus
16 negando Summos pontifices, aliosque prælatos, permittentes teſtamenta beneficiariorum, non facta prius abrogatione huius legis, peccare. Primum quia non illa permittunt approbando, ſed ſolum non puniendo, ad maiora damna

euitanda, quòd fieri iure licet, iuxta gloſſam celebrem ab omnibus receptam. In c. Omnis 3. d. & in c. Meretrices 32. q. 4. & Io. And. in mercur. cap. Peccatum de reg. iur. lib. 6. receptus ubique) quæ has duas ſpecies permiſsionis expreſsit. Quâ etiam ratione eccleſia, multa obſcena in carnis priuio fieri impugne permittit. c. Denique 4. d. multamq; omittit poſſibũli ſeu lupinaris fornicationem, ſed non ideo iſthæc approbare cenſetur. d. c. Mẽretrices, nec ſi uellet poſſet contra iuris diuini prohibitionem. c. Sunt quidam 25. q. 1. & hac ratione non ſunt uidendi perperam agere ſuperiores, huius legis tranſgreſſores non plectendo ad euitanda plura & maiora damna, litium, iurgiorum, inimicitiarum & ſumptuum, quæ in dies orirentur exquirendo, an & qualiter, ac quatenus, circa prædicta beneficiarii exceſſerint. Et mouendo lites aduerſus eorum hæredes. Quod profecto eſſet litibus & ſcandalis implere orbem cum paruo commodo, propter ea quæ ſuperius ex corollariis q. 1. q. a n. 59.

 dixi-

diximus, deduci poſſe ab hæredibus beneficiariorum. Quare, multo ſatius eſt committere iſta omnia conſcientiæ beneficiariorum, ut rationem ipſi debitam ineant, & illam reddant Deo, qui indubie eſt petiturus eam exacte, iſtorum reditum ſuæ adminiſtrationi commiſſorum: Ad quod etiam reſpexit lex Regia Hiſpaniæ (in petit. 47. in curiis ſeu commitiis Valliſoleti anni 1523. ibi. Yſobre las herencias delos clerigos, mandamos quæ ſeguarde la coſtumbre, que eneſto ſe hatenido, y deſde agora ſeden las pro uiſiones, quæ fuerem neceſſarias, paraq; ſeguarde la dicha coſtumbre) reſpexiſſe inquam uidetur, quatenus præcipit ſeruari clericis conſuetudinem, quam circa teſtamenti factionem obtinent. Nec enim mens eius latoris fuit, ut omnia paſſim teſtamēta beneficiariorum tueretur: nec ſi ea fuiſſet, iuſta foret. Sed tantum uoluit quieti reipublicæ conſulere, & ſeminaria & fomenta litium, iurgiorum, & ſcandalorum, prudentiſsimo conſilio ſumouere, ac ipſorum teſtamentorum conditores

ditores,ſuæ ipſorum conſcientiæ relinquere,ut eorum Deo reddant rationem, exacte eam repoſcituro. Sit itaque hæc concluſio,quod conſuetudo non conceſſerit,nec etiam poſſit concedere beneficiariis,teſtandi facultatem,de reditibus eccleſiaſticis in prophanos uſus,licet in pios ſic. Quàm uis nec in pios Epiſcopis hiſpanis dederit. Et ſi par ſit credere,conceciſſe illam ad pios uſus aliis minoribus prælatis, & beneficiariis.

SVMMARIVM.

Papæ an poſſit dare priuilegium teſtandi n. 17. Et an ipſe teſtari poſſit n. 18. Et qua ratione ipſius teſtamentum licet in opera pia conditum non ſoleat admitti à ſucceſſore n. 19.

Teſtari ex priuilegio papæ quatenus liceat n. 20. Et quòd eius uigore non liceat ſine peccato in uſus prophanos teſtari n. 21.

Teſtandi habens facultatem poteſt ſecundo & tertio teſtari contra quorunam doctiſſimorum uirorum opinionem n. 22.d

Intellectus ad. l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſign. n. 23.

17 DECIMVM corollarium, quod cõcluſio Panormitani, in c. Cum eſſes de teſtam. n. 30. aſſerentis Summum Pontificem non poſſe concedere facultatem teſtandi de reditibus eccleſiaſticis abſque iuſta cauſa, reſtringenda eſt quoad facultatem teſtandi in prophanos uſus, quia hæc eſt contra legem naturæ. Non autem eſt extendenda quoad facultatem teſtandi in uſus pios, quia hæc legi tantum humanæ aduerſatur, contra quam poteſt Sũmus pontifex ſine iuſta cauſa diſpenſare, ſaltem ſine labe peccati mortalis per dicta ſupra ead. q. 3. n. 10. & ſatis uidetur colligi ex utroque Thoma 1. Sec. q. 96. ar. 5. Et ſi quis diligentius expendit argumenta Panormitani, intelliget per illa indubie horum primũ dictum probari; & nullatenus ſecundũ, quæ ſane noua eſt aperta ac optime fulcita declaratio.

Vndecimum, ex proxime dictis multo cer-
18 tius reſponſum colligi ad eam quæſtionem decidendam .ſ. An Summus Pontifex teſtari poteſt, quam id quod nonnihil

hil cōfuſe dedit Peruſ. in rub. de teſtam. col. 32. & 33. poſſe uidelicet Papam teſtari ſicut & reliqui ſimplices clerici ſecundum gloſſam ſingularem In l. Cum hære des. C. qui teſtam. fac. poſſ. Eſt enim clarior & profundior reſponſio, non poſſe teſtari eum e reditibus eccleſiaſticis ad uſus prophanos: Quoniam hoc eſt prohibitum per legem naturalem, incluſam in ſeptimo præcepto decalogi. Poſſe tamen teſtari ad uſus pios, quia hoc eſt prohibitum per ſolam legem humanam, cui Papa ſubiectus non eſt, ſaltim quoad coactionem cap. Propoſuit de conceſſ. præb. & c. Cuncta per mundum 9. q. 3. & uterque Thom. 1. Sec. q. 96. ar. 5.

19 Quanquā audio Pontificum ſucceſſores prædeceſſorum teſtamenta minime admittere conſueuiſſe, etiam ſi ſint ad uſus pios facta. Quod quidem ſuſtineri atque iuſtificari poſſet, propter ſupremam poteſtatem, quam Summus Pontifex ſuper legatis piis habet. Iuxta Clem. Quia contingit de relig. dom. quæ ſane per ſupradicta in alios uſus pios permutare poteſt,

uel in alios pios ſibi & ſucceſſoribus; pios & neceſſarios reputatos, minime tamẽ poſſe, ita ea legata mutare, ut in uſibus inſummantur prophanis. Quia id lege naturali uetitum eſt, per ſup. dicta: in 1. q. n. 9. & in hac q. n. 10.

Duodecimum, facultatem teſtandi a Sum-
20 mo Pontifice, prælatis & aliis beneficiariis eccleſiaſticis conceſſam, intelligendam eſſe conceſſam ad uſus pios, & non ad prophanos, ut decidit Barbatius, de præſtantia Card. p. 1. q. 4. col. 3. per ea quæ ipſe allegat, quæ paulo plus nos ſuperius digeſſimus, Et quia licet omne priuilegium debeat aliquid operari, contra ius commune. c. In his de priuil. & l. 1. ff. Ad municip. dato tamen aliquo quod operetur in reliquis debet reſtringi. c. Porro de priuil. l. Si quando. C. de inoffic. teſtam. c. 1. de Reſcript. ubi pulcherrime Dec. col. 5. Vnde cum prædicta facultas ſit priuilegium, & operari poſſit effectum teſtandi ad uſus pios contra ius commune; non debet alium maiorem effectum operari, ſcilicet teſtandi ad prophanos

phanos. Idem quoque aſſerimus, de priuilegio teſtandi, ad quoslibet uſus conceſſo, non exprimendo prophanos: eadem ratione. & quia faciens facultatem generalem nec peccat, neque eam uidetur dare ad peccandum. l. Si procurator ff. de condit. indeb. c. 11. de Reg. iur. l. Merito. ff. pro ſoc. Dicere autem faculta tem illam generalem, extendendam eſſe ad uſus prophanos, nihil aliud eſt, quàm profiteri Papam peccatum committere, cauſamq; peccãdi præſtari. Quia ut mox dicetur, peccat concedendo id abſque iuſta cauſa.

Decimum tertium peccare eum, qui priui
21 legio aliquo munitus, e reditibus Eccleſiaſticis ad uſus prophanos teſtatur, quã quàm id ſit Apoſtolicũ, & in eo exprimatur ut poſſit teſtari ad uſus prophanos, ſi ſine iuſta cauſa ei conceſſum fuerit. Quia illa eſt diſpenſatio priuilegiatiua, contra legem naturalem diuinam, contra quam priuilegium conceſſum ſine iuſta cauſa, nemini prodeſſe poteſt, ſaltem quoad forum interius. Gloſ. adiuncto tex. c. Non

eſt de uoto & c. Quando de iureiur. Et hăc exiſtimo eſſe cauſam quare ego nullam hucusq; uiderim facultatem, in qua Summus Pontifex expreſſe concedat alicui, ut de bonis Eccleſiaſticis indiuites & uſus prophanos, ſine paupertatis aut pietatis intuitu, teſtari poſſit quamquam uidi aliquas facultates quibus teſtandi ſimpliciter & quomodocunq; uoluerit poteſtatem concedit. Verum ad uſus profanos huiuſmodi diſpēſationes extendendæ non ſunt per ſuperius dicta.

Decimum quartum beneficiarium qui fa-
22 cultatem habet teſtandi ſemelque teſtatur non poſſe iterum teſtari. Vnde primum teſtamentū ualebit, non ſecundum iuxta quorundam inſignium uirorū ſententiam ſcilicet Philippi Decii in conſil. 512. quē ſequitur D. Didacus in c. Cum in officiis de teſtam. & Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone ff. de uerb. ſig. confir. 78. iuxta tamen opinionem eius qui fecit additiones ad conſilium prædictum Decii, neutrum ualet. Non quidem primum quia teſtator non perſeuerat in pri

ma uoluntate. Neque ſecundum quia te ſtandi facultas intelligenda erat de primo teſtamento. Sed nobis hæ opiniones minime placent. Primo quia uidentur ſe magis in rigore fundare uerborum quàm in intentione gratiam & facultatē condentis. Contra cap. Intelligentia de uerb. ſig. ſecundo quia diſpoſitio debet intelligi ſecundum naturam materiæ ſuper qua fit. Arg. l. in contractibus. §. fin. C. de non numer. pecu. l. Si uno. ff. locati. Sed natura teſtandi eſt deambulatoria, atque mutabilis uſque ad mortem. c. Vltima uoluntas 13. q. 2. c. Cum Marthæ de celeb. miſſ. Tertio quoniam in confeſſo eſt, poſſe primum teſtamentum reuocare, alioquin non eſſet tam teſtamentum quam contractus. l. Sicut ab initio C. de actio. & oblig. Dicere uero poſſe reuocare primum, & aliud teſtamentum non facere, uidetur profecto ab intentione tam iuſti & ſancti eccleſiarum principis (quantus eſt Papa) nimis alienum. Quarto quia regula illa l. Boues. §. hoc
23 ſermone. ff. de uerb. ſig. quæ Decium &

alios mouit: uidelicet uerba promittentis, aut concedentis, non comprehēdere niſi primum actum, intelligēda eſt quando diſpoſitio eſt nimis oneroſa, aut odioſa: ut alibi nos quoque diximus (in c. Placuit n. 68. de penit. d. 6.) Paludani opinionem ſuſtentantes, In 4. d. 17. q. 3. corol. 5. uidelicet copiam, uel facultatem alicui datam, ut alteri peccata confiteatur, non extingui per primum actum, ac priuilegium teſtandi e reditibus eccleſiaſticis, ad uſus pios, non uidetur nobis tam odioſum aut oneroſum: Quando quidem conceſſum eſt, ut eccleſiaſticis bonis, ad debitum modum utamur. Quinto, quoniam ſupradicta regula non habet locum, niſi quando ſupradictus actus eſt ualidus, & aliquem produxit effectum (Arg. gloſ. memorabilis in c. Ex tenore de reſcript. quæ non tantum agit de contractu inualido, ſed etiā de elidibili: ut latius Tiraq. ubi ſup. limit. 1. n. 5. ubi probat oportere actum eſſe ualidum & utilem, ac talem, qui ſit ſortitus effectum aliquem: ſed teſtamētum quo

uſque

uſque teſtator uita decedat, nullum producit effectum: & ſimul ac reuocatur nihil manet. Sexto, dicta regula non habet etiam locum, quando per primum actũ intentioni diſponentis minime ſatisfit. Vt pulchre annotauit Fely. in cap. 2. de Treug. & pac. col. pen. uerb. Fallit quinto. & paulo amplius dilatauit Tiraq. ubi ſupra limit. 61. Sed conſtat, eum qui primum teſtamentum facit, quod poſt modum reuocat, non ſatisfeciſſe intentioni gratiam teſtandi concedentis, niſi aliud faciat, ut cum teſtamento decedere uideatur. Septimo, quòd dicta regula non habet etiam locum, quando cauſa & ratio, quibus eſt conceſſa facultas, durat poſt primum actum, ſecundum Lud. Rom. conſ. 504. Fely. ubi ſup. falle 4. & Tiraq. limit. 10. quæ in noſtro caſu durãt. Quandoquidem cauſa & ratio conceſſæ gratiæ fuit, ut ille cui facta eſt decederet contentus, eo quia eius ultima uoluntas impleatur. l. 1. C. de ſacroſanct. Octauo, quoniam adhuc regula locum non habet, quando contrarium æquitas

ſuadet, Salic. in l. Dotis prouiſio. ff. de iur. dot. Quæ in hoc caſu euidens eſt, át tenta concedentis perſona, & fine in quē conceditur, & natura actus conceſſi; & numis quibus conſtitit. Nono quod dicta regula non habet locum quando per primum actum nihil iuris alicui quæſitum eſt, Id quod latiſſime confirmat Tiraq. limit. 23. Et patet quòd per teſtamē tum quouſque teſtator uita functus ſit nullum ius cuique queri, c. Cum Marthæ de celeb. miſſ. & c. Vltima uoluntas 13. q. 2. Et ita credo ſolitū fieri apud eos, qui huiuſmodi facultatem habent. Concludoque, eum qui talem facultatem habet, poſſe teſtari & teſtamentum pariter reuocare dum uiuit.

S V M M A R I V M.

Beneficiarius religioſus multo minus quàm clericus ſecularis teſtari poteſt num. 24. Et quibus ex bonis quibuſue uſibus cum priuilegio teſtari poteſt num. 25.

Religioſi qui teſtandi priuilegium petunt ſunt quadruplices nu. 26. Et horum cuiquàm quale dari

concedinė

concediue poſſit nu.27.

Teſtari an, & quomodo poſſint commendatarij ordinum militarium num. 28.

Commẽdatarij ordinum militarium omnia quæ poſt profeſſionem acquirunt ſuæ commendæ & ordini quærunt; Omnia item quæ ante profeſſionẽ &c. num. 29.

DECIMVM ſextum beneficiariũ, ſi eſt religioſus profeſſus multo minus teſtari poſſe, quàm clericũ ſæcularem, de reditibus enim eccleſiaſticis eadem ratione, quá clericus teſtari non poteſt, de aliis uero bonis quæ ſecum detulit in monaſterium, uel poſt ingreſſum quæſiuit per hæreditatem, donationem aut alium quemcunq; modũ, multò minus teſtari poteſt, quia nõ eſt, neq; poteſt eſſe dominus alicuius rei. c. Non dicatis 12. q. 1. & c. Cum ad monaſterium de ſtat. monach. Authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. Tradimus late in rubr. de ſtat. monach. Imo uero quicquid acquirit, acquirit monaſterio, uel beneficio. c. Multos. 54. d. Inno. in c. Cum olim 2. de priui. At nemo de rebus alienis teſtari põt. c.

Filius de teſtam.l.cũ alienam. C.de leg. ad effectum ut dominus teneatur eas dare. Et ſane hoc habet locum, quamuis ſit Abbas uel Prior, uel is factus ſit Epiſcopus aut Archiepiſcopus.ca. 1.18. q.1.cap. Cum olim 2.de priuil.Hi enim neque ad pia opera teſtari poſſunt.Pan.receptus in rub.de teſtam.ſub fin.& Bart.recep.in l.j. C.de ſacroſ.eccleſ.uer.Tertio.q.10.

Addo autem primũ, quòd eſt adeo magna difficultas. An religioſus poteſt cum priuilegio Papæ teſtari, ut nõnulli hoc Summo Pontifici remittant decidendum: ut Peruſ.in rub.de teſtam.col.pen.Alij uero affirmant non poſſe. Quoniam uidetur eis, quòd Papa non poteſt eum abſoluere a uoto ſubſtãtiali paupertatis.Per finẽ. c.Cum ad monaſterium de ſtat.monach. Alij uero opinãtur poſſe propter aliquã magnã cauſam. Hi enim uidentur aſſentiri communi opinioni Innoc. Io.And.& aliorum in d. c. Cum ad monaſterium, quæ habet, Papã poſſe eum a dicto uoto abſoluere ex magna cã in qua opinione tandẽ perſtat Peruſinus.in d.rub.col. pe.

Secundo

Secūdo addo utroſque plurimum errare, exi
24 ſtimantes eſſe neceſſarium euellere a monacho monachatum, & reddere cū ſecularem, ut ei priuilegium teſtandi præſtari poſſit. Quia ſat eſt efficere, ut ſicut poteſt monachatum non relinquendo aliquorum bonorum & eorum redituum liberam habere adminiſtrationem, ut de illis per contractus inter uiuos poſſit diſponere, ita etiam habeat liberam facultatem, ut in ultima uoluntate de eiſdem bonis diſponat. Quam quidem facultatem, tametſi religioſo concedere non poteſt Abbas, neque alius præter Papam: Papa tamen poteſt ei facile eam concedere, licet cum a uoto paupertatis non abſol-
25 uat. Hoc enim non eſt monachum alicuius rei dominum facere, ſed ſolum efficere eum executorem atque diſpenſatorem, qualis eſſe poteſt religioſus. c. 2. de teſtam. lib. 6. niſi fuerit ordinis minorum, clem. Exiui. §. Proinde, & §. uerum. de uerbo. ſigni. quales quotidie fiunt à teſtatoribus, & illo munere ſancte utuntur nec ob
26 id uoto paupertatis contraueniunt. Ter-

tio addo, quòd quantum ad hanc rem attinet quadruplices ſunt religioſi, quidam enim ſunt beneficiarij, alij ſunt ſimplices religioſi, qui in conuentibus perfectæ cõmunitatis reſident, & nullam rem ſecularem habent propriam, ſeparatam neque peculiarem. Alij ſunt, qui beneficia quidem non habent, ſed neque in perfecta communitate uiuunt, Imo habent cum ſuperiorum licentia certam quantitatem panis, uini, pecuniæ, ac aliarum rerum uictui ſuo neceſſariarum, ita ut ſi quid eis deſit, id aliunde quærant, ſi quid uero ſupereſt, ſibi & ſuis necesſitatibus obſeruent. Alii deniq; ſunt cum licentia Summi Pontificis, aliaue ſufficienti extra monaſteria de gentes. Hi quidem eis bonis aluntur, quæ induſtria ſua, labore aut eleemoſynis quæritant, quorũ nihil reddunt ſuis monaſteriis, neque ab eis quicquam recipiunt. Quarto addo ſummum pontificem huiuſmodi priuilegium primis, hoc eſt beneficiariis religioſis quotidie concedere ſolitum. Quoniam nihil incommodi monaſterio neque beneficio

infertur eo, quòd ipſe ea quæ in uita donare poteſt in morte relinquat. Imo ex hoc ſæpe monaſterio commodum euenit. Quoniam aliquot non donant in uita,& parcius uiuendo quærunt, quæ iuxta ſuum priuilegium,in morte relinquant, quod minime feciſſent, ſi id priuilegii a Papa non habuiſſent.poſtea uero decedunt inteſtati, & ſuccedit eis monaſterium uel ſuum beneficium. Quinimo aliquibus militaribus ordinibus,facta eſt iam facultas generalis,ut commendatarii eorum, è fructibus, & reditibus eccleſiaſticis commendarum, licite teſtari poſsint dummodo certam quãdam ſummam ſuo magno magiſtro,uel commendatario maiori ſoluant. Quinto addo, quòd ſecundis hoc eſt ſimplicibus reli-
27 gioſis qui in perfecta communitate degunt, facultatem hanc teſtandi Papa minime dare conſueuit. Non quia concedendo hanc facultatem uideatur eos bonorum proprietarios facere, ſed quia nõ habent neque habuerũt unquam in uita, rem aliquam uel in proprietate, uel in ad

miniſtratione, & non decet ut quis diſponat in morte, de his bonis in quibus in uita neque proprietatem, neque poſſeſſionem, neque adminiſtrationem ullam habuit. Quamuis ſi aliquis religioſus cũ ingreſſus eſt monaſterium, uel poſt ingreſſum, aliquam hæreditatem uel donationes magnas bonorũ, monaſterio quæreret, aut ſi magna ſua induſtria & labore multa bona lucrifaceret, iuſtum uideretur ut ſuperior eius (aut certe Papa) facultatem ei faceret, donandi in uita uel relinquendi in morte aliqua, nonnullis cognatis, amicis, aut aliis paupertatis intuitu, uel aliqua miſſarum ſacrificia, aut opera alia pia, in eius memoriam inſtituendi, ut nonnunquam ſolet fieri in eorum remunerationem, & ad exortandum alios ut idẽ, faciant inſpicientes ita ſuas pias intentiones iuuari. Tertiæ ſpeciei religioſis conſueuit Papa huiuſmodi facultatem concedere. Quia hoc nihil aliud eſt quàm adminiſtrationem bonorum prorogare, ut quemadmodum habent eam in uita de ſuperiorum licentia

expreſſa uel tacita, ita quoque habeant
tem pore mortis.

Quartis, eadem quoque ratione, qua tertiis
& maiori teſtandi facultatem concedere
ſolet: Quia licet bona; quæ utrique ha-
bent monaſterii ſunt, quoad proprietatẽ
& poſſesſionem. Authen. Ingresſi. C. de
ſacroſ. eccleſ. c.2. de teſtamen. Tamen ea
quæ tertii habent, quærunt e bonis eiuſ-
dem monaſterii, cui ſubſunt parcius ui-
uendo. quarti uero ex aliis bonis atque
aliis modis.

Decimum ſeptimum corollarium ſit diffici
28 le defenſu uideri, commendatarios ordi
num militarium teſtari poſſe quoquomo
do uoluerint, uelut aliqui teſtantur. Vide
licet relinquendo bona ſua diuitibus, in
uſus prophanos, primo quia ſunt religio
ſi ut alibi oſtendimus, in rub. de ſtat. mo-
nach. Deinde, quia ſi ipſe ſummus Ponti
fex de ſuis reditibus Eccleſiaſticis teſtari
non poteſt, ut ſuperius ead. q. coroll. 11.
diximus, ſine aliquo reſpectu paupertatis
aut pietatis, multo minus poterunt com-
mendatarii, qui eius innituntur priuile-

giis. Arg. c. Cum in cunctis de elect. Authen. Multo magis. C. de Sacroſ. Eccleſ. Quo circa dico primo, neque cum priuilegio, neq; ſine eo, poſſe eos teſtari de reditibus ſuarum cõmendarum, ſine intuitu paupertatis aut pietatis. Per dicta in co rol. 13. huius q. Secundo, neque etiã poſſe teſtari eos ſine priuilegio e bonis, quæ habuerunt ante professionem, neque de his, quæ poſt profeſſionem quæſierunt, neque de reditibus eorum, quia ſunt religioſi, & religioſi non teſtantur. c. 2. de teſtamen. & d. Authen. Ingreſſi, & quia nihil habent proprium. Omnia enim quæcunque habent, ſunt commendarum & ordinum eorum. Quoniam omnia ea, quæ habent religioſi ante profesſionem, fiunt propria monaſterii & ordinis, quem profitentur. Authen. Ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. & c. In præſentia. de Probat. Et quem admodum quicquid ſeruus acquirit, domino acquirit. §. Item uobis acquiritur Inſtit. Per quas perſo. & l. Placet. ff. de acquir. hæred. Ita quicquid religioſus quærit poſt profesſionem acquirit monaſte-

rio uel beneficio.c.Cum olim.2.de Priui leg. ubi hoc Innoc.ab omnibus receptus ait.Et conſequēter non poteſt pluſquàm ſeruus teſtari.Prædict.Authen. Ingreſſi & c.2.de teſtam.Tertio dico,eos de ſupradictis bonis teſtari poſſe cumpriuilegio,dū modo pauperibus,& operibus piis,& nō aliis prophanis uſibus relinquant. Sunt enī illa omnia bona Eccleſiaſtica & è patrimonio IESV CHRISTI & ſuo proprio nomine nihil aut dominii aut poſſesſionis in eis habent. Prædict.§. Itē uobis acquiritur, & prædicto c.In præſentia.& c.Cum olim 2.cum ei annotatis de priuileg.

Decimumoctauum corollarium eſto,quòd 29 licet clerici prædicti ſæculares posſint inſtituere maioratus magnos & paruos, e ſuis bonis patrimonialibus uel quaſi, & aliis de quibus diſponere poſſunt, perinde atque de ſupradictis,&uel diuitibus uel quibuſcunque uoluerint relinquere, quemadmodum laici,ut ſupradictum eſt in corollariis 1.q.& in hac q.num.1. & in q.1.num.7.& 75.Nullus tamen commen

datarius

Addo tamẽ his id quod ante multos annos Salmanticæ, cum eſſem Gymnaſta & cathedrarius Academiæ illius dixeram, uide licet magnopere mirandum, quòd tam il luſtres tam Chriſtiani & ab omni labe defecati, uiri tãto conatu & auiditate, in hos militares ordines cooptari, aſſummiq; laborent, cùm tamen habeant commodum patrimonium, adhoneſtum uictum, ob inſignem, quem habitus eorum præſtant, honorem: uel ob reditus, quos cooptati adipiſci ſperant. Cum tamen ſciant hos ordines profiteri, eſſe fieri profitentem monachum uel religioſum. ut in rub. de ſtat.monach. probamus: ſequuti Tho.2. ſec. q.188. ar. 3. Eſſe quodam opus adeo heroicum & ſublime, quod, quia fere martirium eſt, remiſſionem a culpa & pæna producit. Thom. 2. ſec.q.189. arg.3.ad.3. Eſſe omnium uoluptatum uenerearum renunciationem, excepta coniugali in aliquibus per diſpenſationem. Thom.receptus. 2. ſec.q.186.ar. 4. Eſſe refutationem omnium honorum & bonorum ſæcularium fieriq; illorum incapacẽ. Thom. 2.

 ſec.

ſec. q.186.ar.3. Eſſe uoluntatem ſuam omnino abnegare & ſe alienæ ſubmittere.c. Nullus.cap.Religioſus.de elect.lib.6. Eſſe grauiter peccare, ſi uel honores, uel reditus, in præcipuum ſcopum & finem appetant. Quandoquidem non ſolum hoc tã grande opus, uerum & quodlibet cuiuſq; uirtutis, cuius finis præcipuus ſunt temporalia bona, eſt peccatum ſaltem ueniale. Pulchre Adrian in quolib.10. col.4. quẽ retulimus & declarauimus, in repet. c. Inter uerba 11.q.3.num.158. Peccatum enim eſt maiora in minora ordinare. Eſſe item uelle ſibi, res contrarias & proportione carentes contra l. ubi repugnantia.ff. de Regul.iur.& c. Solitudinẽ de app. Nẽpe per paupertatem ſæcularẽ magnas diuitias ſæculares acquirere, & per ſubmiſſionem mundanam, ſublimitatem mũdani honoris quærere. Eſſe liberam ſibi facultatem teſtandi, atq; contrahendi adimere, animo maiorem per id obtinendi. Eſſe mille ſeſe implicare ſcrupulis, qui eis oborientur ex eo, quòd inſummunt aliena, perinde ac ſi eſſent ſua. Eſſe denique

abuti

abuti quodammodo religionis ſtatu qui eſt ſublimior & perfectior omni alio excepto epiſcopatus. Thom.2. ſec.q.184.ar. 7. Et utinam per id non daretur occaſio murmurandi Lutheranis, ut dum abuſus religionum damnare, eas uero ipſas laudare deberent, damnant has, propter illos impudenter. Adde quòd religiones militares non fuerunt inſtitutæ ad indulgendum genio, neque ad diuitias & honores ſæculares, quibus ſui profeſſores renunciant, quærẽdos: ut late per Thom.2. ſec.q.188.ar.3.ad 4. Inſtitutæ autẽ fuerunt ut fidẽ catholicã armis defenderẽt, quod fieri poſſe probat idem Thom.2. ſæc. q. 188. ar.3. uiuentes in caſtitate, quæ ſalutẽ & uires auget. eſt enim omniũ uirtutũ uiror, & ſmaragdo ſimilis iuxta Ludolphũ in uita Chriſti.2. p.c.12. ut econtrario luxuria tollit uires, iuxta illud Maronis, ut uenus eneruat uires &c. Et utentes abſtinentia & ſobrietate, quæ ingenia exacuerent ſtratagematis bellorum intelligendis. Sicut enim cœcitas mentis naſcitur ex luxuria, ſecundum Thom.2. ſæc.q.154.

ar.5.

ar.5.& hebetudo mentis ex gula,ſecundũ eundem 2.ſec.q.148.ar. 5. ſic ex caſtitate, abſtinentia & ſobrietate,naſcuntur claritas,acumen, & ſerenitas mentis. quia cõtraria operantur contraria. c. Sciendũ 8.q.1.& l.Et ſi contra tabulas.ff.de uulga. & pupill.Et habilia efficerent corpora laboribus eorum, & neceſſitatibus perpetiendis. Beati qui in hunc finem religionum militarium inſignia, atque dignitatem obtinere procurant, percupiuntque plus coram Deo & hominibus honorem quærere ob clara geſta, & uitam euangelicam, ad quæ cruces, quas geſtant in pectoribus, obligant, quàm ob earum in eis delationem. AMEN.

INDEX COPIOSVS EORVM, QVÆ IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

A.

APOSTOLICAS *traditiones æque ac leges diuinas uenerandas. q. 1. nu. 47.* *pagina* 54

Auaritia non eſt partem aliquam congruam redituum neceſſitatibus uerisimiliter futuris obſeruare q. 1. n. 57. pag. 67. neque uel numos paulatim congerere magnis & pijs operibus, & quid tunc fieri debeat. ibidem. Ne mors in opina nobis intercedat. q. 1. n. 58. *pag.* 68

Auarus deterior prodigo eſt. q. 1. n. 52. *pag.* 59

Augendi gratia quod fit non operatur diminutionẽ q. 1. n. 33. *pag.* 38

Author quadraginta quinque annis diſputauit & determinauit hoc. q. 1. n. 3. *pag.* 3

B.

BENEFICIARII *bona ſunt obligata pro bonis & reditibus, quæ ab Eccleſia habet, ex quibus tanquam pauper poteſt ſua debita ſoluere. q. 2. n. 34. & 35. Nec in hac obligatione præferuntur alij creditores pauperibus, ſed ipſe potius beneficiarius tanquam unus ex numero pauperum poteſt ſe præferre alijs pauperibus ibidem.* *pag.* 201

Benefi-

Beneficiarij de prouentibus Eccleſiaſticis inſumant prohibito tantum quantum in eccleſiam ſuam ac pauperes de patrimonialibus impendent. q. 1. n. 67. pag. 67
Beneficiarij ea quæ parce uiuendo de ſuo honeſto uictu detrahunt faciunt ſua. q. 1. n. 59. pag. 70
Beneficiarij eccleſiaſtici lege naturali tenentur operibus pijs erogare ſuperflua. q. 1. n. 48. pag. 48
Beneficiarij & Præſides non exæquantur in ſtipendijs ſuis q. 2. n. 18. pag. 24
Beneficiarij magis obligantur ad largiendas eleemoſinas quàm laici. q. 2. n. 19. pag. 182
Beneficiarij minime retineant auare quæ eis ſuperfluunt. q. 1. n. 51. pag. 58
Beneficiarij minores, mediocres, & Epiſcopi quoad hoc æquales q. 1. n. 78. pag. 98. Prouentus item diſtributionum & alij n. 74. pag. 93
Beneficiarij nequeunt inſummere ob ſolam liberalitatem nec humanam amicitiam n. 68. pag. 83. Poſſunt tamen in colligendos hoſpites honeſte, qui eorum eccleſiæ uel beneficio prodeſſe ualent. n. 69. q. 1. pag. 84
Beneficiarij non ſunt domini directi neque utiles bonorum eccleſiaſticorum q. 1. n. 17. pag. 23. Quæ dicuntur patrimonium Chriſti Et quare n. 18. pag. 24. Et cur dicuntur bona clericorum & corporum; & quòd ſunt ſacra, neque poſſunt alienari. n. 19. q. ibidé. pag. 25
Beneficiarij non ſunt liberi domini redituum Eccleſiaſtico-

ſiaſticorum. q. 3. n. 15. pag. 206
Beneficiarij non ſunt ſuorum redituum domini abſoluti quoniam habent onus dandi ſuperflua pauperibus. q. 2. n. 14. pag. 176
Beneficiarij propter diuiſionem bonorum olim uel recens factam, non eximuntur ab onere largiendi ſuperflua pauperibus. q. 2. n. 22. pag. 187. Et reſtituere poſſunt hoc modo n. 23. q. 9. & pag. eiſdē
Beneficiarij quare magis peccant inſummendo male ſuos reditus quàm ſæculares. q. 2. n. 2. & 3. pag. 160. & n. 7. pag. 163. & melius n. 21.
Beneficiarij qui male inſummunt reditus eccleſiaſticos non ſolum mortaliter peccant, uerum etiam tenentur ad reſtituendum: quanquam author huius libelli percupiuit contrarium tenere q. 2. n. 1. pag. 159. quia iuſtitiæ legibus contraueniunt n. 2. & ob alias multas rationes ibidem. Et quia fere omnes in hoc conſentiunt n. 8. & 9. pag. 165 Et in his. Caiet. & Thom. n. 11. & 12. pag. 169
Beneficiarij ſatisfaciunt decretis inſummendo quæ ſuperſunt in operibus pijs etiam ſi in pauperes non erogent. q. 1. n. 60. pag. 71
Beneficiarij ſatisfaciunt erogando ea quæ ſibi ſuperſunt quibuſcunque pauperibus, aut pijs operibus, quæ delegerint q. 1. n. 63. & ſeq. pag. 76
Beneficiarij ſunt procuratores & diſpenſatores bonorum Eccleſiaſticorum maiores quàm uſuarij & minores quam uſufructuarij q. 1. n. 20. pag. 26 etiam quoad reditus eorum. n. 26. pag. 31

Beneficiarij ſuos reditus prophane inſumentes re aliena contra uoluntatem domini utuntur. q. 1. nu. 13. pag. 19
Beneficiario ab aliquo qui recipit an peccat. q. 1. nu. 97. pag. 147
Beneficiario ab aliquo recipiens aliquid quando illud reſtituere teneatur, ac quibus id legibus diffiniendum ſit. q. 2. nu. 31. pag. 198
Beneficiario non licet impendere reditus ſui beneficij niſi in honeſtam ſuam & pauperum ſuſtentationem, nu. 9. quanuis primogenia ſiue maioratus habentibus id liceat. Cuius differentiæ rationem reddere nequeunt qui &c. n. 10. reddit autem author. q. 1. nu. 11. pag. 17
Beneficiarius de quibus bonis teſtari poſſit et de quibus non. q. 3. nu. 1. pag. 207
Beneficiarius de ſuo beneficio uiuere poteſt, & alia ſua bona ſeruare cuicunque uoluerit. q. 1. nu. 79. pag. 99
Beneficiarius & penſionarius quo ad hoc non differunt. q. 1. nu. 79. pag. 99
Beneficiarius ne augeat cognatos uel famulos ex reditibus Eccleſiaſticis Concil. Trid. nuper præcipit. q. 2. nu. 4. pag. 162
Beneficiarius non amittit ſuos fructus eo ſolo quòd male uiuit contrà Adrianum, nec etiam non cælebrando horas admittebat uſque ad Concil. Lateranenſe. q. 1. nu. 72. pag. 91
Beneficiarius non ſolum poteſt expendere id quod eſt
ei

ei opus quatenus eſt beneficiarius, ſed etiam quatenus eſt nobilis aut graduatus. q. 1. n. 92. p. 123

Beneficiarius poteſt ex nominibus ſuorũ debitorum ſua debita ſoluere, & poſt mortem exactis non obſtante extrauagante Iulij terij Summi Pontificis. q. 2. nu. 77. pag. 205

Beneficiarius prius poteſt ſibi prouidere quàm Eccleſiæ quoad quẽdam finem & non quoad alium. q. 1. nu. 93. pag. 125

Beneficiarius pro uoluntate ſua diſponat de rebus quæſitis ſui ordinis ratione puta per confeſſiones. &c. q. 1. nu. 75. pag. 95

Beneficiarius quanto pro ſe ſuſtentando egeat arbitrarium eſt. q. 2. nu. 20. pag. 185

Beneficiarius qui, quæ donat pauperibus non tradit eis nec iurat. q. 1. nu. 89. pag. 117

Beneficiarius regularis qua rõne põt in ſuos ſumptus diſpẽdere tãtũ quãtũ ſæcularis. q. 2. n. 15. p. 177

Beneficiarius religioſus multo minus quàm clericus ſæcularis teſtari poteſt. n. 24. Et quibus ex bonis, quibuſue uſibus cum priuilegio teſtari poteſt. q. 3. nu. 25. pag. 243

Beneficiarius religioſus, qui ægrotat an donare poſſit pauperibus & pijs operibus. q. 1. nu. 88. pag. 115

Beneficiarius remuneret famulos & quantum. q. 1. nu. 90. & 91. pag. 120

Beneficiarius ſæcularis poteſt cuilibet largiri id quod meretur ob maiora obſequia quàm quæ ſuum beneficium requirit. q. 1. n. 70. pag. 87.

Beneficiarius tā ægrotans quàm bene ualens donandi facultatem habet & ſi teſtari non poteſt.n.85. Et lepida ratio quare beneficiarij prohibentur teſtari & non donare. n. 86. q. 1. pag. 110
Beneficiarius teſtari nequit de his, quæ diuitibus donare non poteſt. nu. 4. Quanuis eius beneficium ſit ſimplex n. 5. niſi tantundem de bonis ſuis Eccleſiæ ſuæ donauerit.n.6. Aut in pios uſus impenderit.nu.7. Et quòd alia lege teſtari prohibetur in uſus prophanos & alia in pios.n.9.q.3. pag.216
Beneficium aut Epiſcopatum idoneum relinquere ob alios maiores reditus ſine aliqua cauſa peccatum eſt. q.1. n. 55. pag.65
Beneficium qui confert indigno cui reſtituet. q.2. numero.26. pag.191
Beneficium regulare nunquàm ſæculari collatum eſt, neq; ſæculare regulari in titulum in commendam ſic, n. 80. tantæ tamen authoritatis habent commendatarij quàm titulares.n.81.q.1. pag.103
Bona Clericorū, bona ſunt pauperū. q.1. nu.1. pag.5
Bona Clericorum quare in hoc c.dicuntur bona pauperum. q. 1. n. 24. pag.30
Bona deſtinata in mediate pauperibus ad quem modum differant a deputatis in mediate beneficiarijs q. 2. n. 27. pag.197
Bona Eccleſiaſtica largita fuerunt cum onere tribuendi ſuperflua pauperibus. q. 1. n. 22. pag. 28
Bona Eccleſiaſtica qui male inſummunt maledicti, et ditare cognatos ex illis cōtra Concil.Trid.q.1.numero.

mero. 25. pag.30
Bona Eccleſiaſtica ſunt duplicia. q.1. n. 4. pag.8
Bona quaſi patrimonialia iudicantur ut patrimonialia & non ut Eccleſiaſtica. q. 1. nu. 7. pag. 11.
Quia non habent id onus quòd Eccleſiaſtica. nume.8. pag. 13
Bona, qui donarunt Eccleſiis cum eſſent humiles & temperantes, noluerunt efficere ſuperbos neque prodigos. q.1.nu.31. pag.35
C.
CAnonici tenētur inſummere quæ ſuperſunt in his in quibus Epiſcopi debuerant ante diuiſionē; neq; de his teſtari poſſunt. q.1. n.39. p.43
Chriſtus immortalis iam & non egenus non eſt minus liberalis erga pauperes quàm cum mortalis erat & egenus. q.1. nu.30. pag.35
Clerici tria genera bonorum habent. ſ. patrimonialia, eccleſiaſtica, & quaſi patrimonialia & quantum differunt. q.1. nu.5. & 6. pag.9
Clericus non ueſtiatur ſericis ueſtibus, neque uario colore, neque ſellas habeat precioſas, neque donet diuiti fructus beneficij quòd ei impetrauit. q. 1. nu. 29. pag. 33
Comedunt aliqui plus ſumptu alieno quàm proprio & quando licet comedunt parum, non ſoluunt minus. q.1. nu.83. pag.106
Cõmendatarij militares multi magnopere cupiunt eſſe, qui tantopere id non deſiderarent ſi ſatis illud circunſpicerent. q.3. nu.32. pag.251

Commendatarij ordinum militarium omnia quæ acquirunt ſuæ cõmendæ & ordini quærunt, & item oĩa quæ ante profeſſionem &c. q.3. n.92. p.249
Commendatarij profeſſi perpendant periculum male inſumendi ſuos reditus. q.1 .nu.95. pag.130
Confeſſor beneficiarij & eius qui recipit quid faciet. q.1. nu.98. pag.148
Conſuetudo contra hanc concluſionem non prodeſt. q.1. nu.76. pag. 95
Conſuetudo non prodeſt contra hanc concluſionem. q.2.nu.25. pag.190
Conſuetudo non ualet ut beneficiarij teſtentur de reditibus Eccleſiaſticis niſi ut plurimum in opera pia. q.3. nu. 14. pag.
Conſuetudo permittens beneficiario percipere poſt mortem reditus beneficij primi aut ſecundi anni ualet. q. 3. nu. 11. pag. 226
Conſuetudo ualet ut in pios uſus beneficiarij teſtari poſſint, ſed non in prophanos. q.3. n.10. pag.217
Corona clericorum & monachorum quid ſignificat. q.1. nu.2. pag. 5

D.

Ebitor quando dicatur facere in fraudem creditoris. q.2. nu.32. pag.198. quantũ interſit utrum quis recipiat a creditore fraudatore ex cauſa oneroſa uel lucratiua. nu.33. pag.199
Decimas appellat S. Auguſt. tributa egentium. q.1. nu.23. pag.29
Decimas, primicias, & alia innumera bona habent

depu-

deputata Chriſtiani cultui diuino & pauperibus. q. 1. nu. 50. pag. 58
Diuiſio bonorum Eccleſiaſticorum uel iniuſta uel ad hunc finem facta. q. 1. nu. 39. pag. 43
Dominus Franciſcus a Nauarra Archiepiſcopus obijt pauper eo quòd ſua pauperibus erogarat. q. 1. nu. 34. pag. 39
Dominus Doctor Didacus a leuia laudatur. q. 2. nume. 25. pag. 190
Dominus quilibet non poteſt ſua bona prolibito diſpendere. q. 2. nu. 17. pag. 179
Dotem receptam a beneficiario an reſtituere quis teneatur & promiſſam nondum ſolutam an poſſit petere. q. 2. nu. 36. pag. 209. & qua ratione teneatur beneficiarius dotem male promiſſam reſtituere ibidem.

E.

Eccleſiaſtica bona & nunc & antiquitus conceſſa eandem naturam ſortiuntur. q. 1. nume. 41. pag. 47
Eccleſiaſtica bona per diuiſionem ſubſequutam, non fuerunt effecta magis clericorũ quàm antea fuerant. q. 1. nu. 32. pag. 37. & Quare nu. 33. p. 38
Eccleſiaſtica bona non exonerantur oneribus antiquis propter noua. q. 1. nu. 43. & 46. pag. 54. a quibus nunquã fuerunt exonerata. nu. 44. p. 52
Eccleſiaſtici reditus multi quare minus boni habenti, quàm pauci uictui ſufficientes. q. 1. nume. 23. pag. 29. Et quare melius eſt ampliores non appe

 tere.

tere. nu.54. *pag.63*
Eleemoſynarius reſtituere debet quod male inſummit, & etiam qui non implet onus ſibi impoſitum q.2.nu.5. & 6. *pag.162*
Epiſcopi uilem ſupellectilem habeant & pauperem menſam. q.2. nume.12. pag.171. Quanuis nunc reditus ampliores quàm olim habeant. nume.13. *pag. 172*
Epiſcopus pauperem ſupellectilem, & menſam ſimplicem habeat. q.1. nu.28. *pag.33*

F.

Finem ob alium relictum non mutatur in alium ſine aliqua ſuprema poteſtate. q.1. nume.36. & 37. *pag. 41*
Frater Alfonſus male nomine donatus re ipſa optime donatus. q.1. nu.99. *pag. 150*
Frater Dominicus a Soto laudatur. q.1. n.10 *pag.16*
Frater Gabriel a Toro Franciſcanus laudatur. q. 1. nu.47. *pag. 54*
Furtum eſt uti re aliena in uſum in quem nult dominus. q.1. nu.12. *pag.18*

I.

Ingratitudo ſemper peccatum. q.1. n.90. p.120
Iniuſte receptum a beneficiario cui ſit reſtituendum. q.1. nu. 37. *pag.41*
Intellectus ad l.Bouem. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. q.3. nu.23. *pag.237*
Intellectus. c.1. de cleric. non reſid. lib.6. q.2. numero.16. *pag.178*

Intel-

Intellectus Concilij Tridentini.q.2.nu.24. pag.189
Intellectus illius Pauli. Presbiteri qui bene præſunt &c. q.1. nu.71. pag.88
Intellectus uerus c.ſi. de his quæ fiunt a maior. part. cap.q.1.nu.40. pag.46
Iudicari diuerſo modo eadem res non debet. q.1. nume. 42. pag.49

L.

LEges Decalogi omnes ſunt naturales. q.1. nume. 12. pag.18
Leges naturales etiam Papam & Reges obligant. q.1. nu.14. pag.14
Lex in ſeptimo & decimo præcepto decalogi contenta eſt lex naturalis. & iuſtitiæ, quæ immediatè ponit ordinem dati et accepti exterioris, & quare lex charitatis & miſericordiæ non eſt talis. q.1. nu.15. & 16. pag. 21
Liberalitas Chriſtiana erga pauperes maxima omnium totius mundi nationum. q.1. nu.2. pag.5
Lodulphus & Dioniſius magnum Carthuſiani ordinis decus. q.1. nu.51. pag.59

M.

MAgnus quidam prælatus huius concluſionis magnum quidem dedit exemplum. q. 1. nu. 77. pag.97
Monaſteriũ Sanctæ Crucis Conimbricenſis quondam ditiſſimum nunc etiam per quàm reformatum. q.1. nu.35. pag.40
Monaſterium Sanctæ Mariæ a Paulari laudatur. q.1.

q.1.nu.70. pag.87
Moniales iuſte ſuſcipi poſſunt ultra eas quæ ſuſtentari poſſunt de illius reditibus modo deferãt dotes ſuæ ſuſtẽtationi ſufficientes. q.1.n.100.pag.153
Moniales tot debent ſuſcipi in monaſterio quot ali poſſunt de reditibus monaſterij & non plures. q.1.nu.99. pag. 150
Mutationes dignitatum dæmonium nobis inquirendas procurant. q.1. nu.56. pag.67

O.

OBligatio licet ſoli Deo obliget, obligat ad reſtituendum contra Adrianum. q. 2. numero 29. pag. 195
Opera pia quæ ſunt. q.1.nu.60. & 61. pag.71
Ordinatus ad augmentum religionis non debet operari diminutionem. q.1.nu.74. pag. 93

P.

PApa an poſſit dare priuilegium teſtandi. n.17. & an ipſe teſtari poteſt.nu.18. & qua ratione ipſius teſtamentum licet in opera pia conditũ non ſoleat amitti a ſucceſſore. q.3. nu.19. p.233
Papa & alij prælati quã ratione excuſentur a peccato non punientes beneficiarios teſtamenta condentes. q.3.nu.15.&16. pag.226
Papa non eſt dominus bonorum Eccleſiaſticorum; quia ſolus Deus & dominus noſter IESVS CHRISTVS, eſt dominus eorum. q.1.nu.21. pag.26
Papa non permittit Epiſcopis Hiſpanis teſtari. q.3.nu.33. pag.212
Papa

Papa teſtari nequit. q. 1. nu. 59. & latius infra. q. 3. coroll. 11. nu. 18. pag. 232

Pauper efficitur aliquis nimia patrui ſiue fratris fœlicitate. q. 1. nu. 66. pag. 80

Pauperes, qui a teſtamentario deligendi. q. 1. numero 64. pag. 78

Pauper eſt in hoc, cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt. q. 1. nu. 65. pag. 79

Pauperibus nulla lege ita conſultum ac Chriſtiana. q. 1. nu. 49. pag. 58

Pauper liberius expendere poteſt quæſita per eleemoſinam quàm beneficiarius per beneficium. q. 2. nu. 28. pag. 194

Permittitur aliquando aliquod malum ut aliud maius euitetur. q. 3. nu. 16. pag. 228

Pium legatum quod. & an dotis legatum pium ſit, aliqua item pia ſunt legata foro interiori, quæ nõ ſunt exteriori, & econtra. q. 1. nu. 62. pag. 74

Pius V. Papa mirificum hac in re dedit exemplum. q. 1. nu. 67. pag. 82

Primogenia ſiue maioratus quare Epiſcopi iuſtius poſſunt inſtituere quàm commendatarij militares profeſſi. q. 3. nu. 29. pag. 249

Prodigalitas laicorum uenialis, clericorum autem mortalis. q. 2. nu. 21. pag. 185

R.

Ratio pluribus ignota quare inter uiuos donare poſſit beneficiarius, ſed non teſtari. q. 3. nume. 2. & 8. pag. 216

Religioſi, qui teſtandi priuilegium petunt ſunt quadruplices. q.3.n.26.p.243.et horũ cuiq; quali dari concediũe poſſit. nu.27. q.3. pag.245
Religioſus donare poteſt, conceßione ſeu conſuetudine iuſta, hoc.q.1.nu.84.
Religioſus ſi & quid dare poteſt de eo quod parcius uiuendo reliquum facit. q.1.nu.82. pag.104
Remedium ordinarium utilius quam extra ordinarium. q.1. nu.79. pag. 99
Rex Hiſpaniæ, qui ſuperat omnes prælatos excepto Papa in reditibus Eccleſiaſticis poteſt de illis ſuſtentare ſuum regale decus. Et quantum debeat ſe abſtinere a diſpendendis illis in diuites & malos uſus. q.1. nu.94. pag.127
Rex Philippus religioſißimus & iuſtißimus qua in re homine maior. q.1. nu 37. & 38. pag.41
Rex Philippus ſecundus Hiſpaniæ rex, tarde per authorem cognitus, tardius eius heroicæ ac rarißimæ uirtutes, exteris gentibus cognitæ, parumque per indigenas uulgatæ, quarum quæ propriæ ſunt ei, uel in eo maxime præminent, ſine aſſentatione ulla, inſinuantur ab authore. Quia id e republica Chriſtiana, in publicum omnium regum, regulorumq; exemplũ eſſe, uiſum eſt, paucis, quæ bello paceq; geßit, temporaria, et æterna gloria incomparabili digna, recenſitis. n.95.q.1. pag.130

S.

Scotus uir perſpicacißimus. q.2.nu.33. pag.199
Similia ſimiles intendere uidẽtur. q.1.n.45.p.53

Simo-

Symonia frequenter admittitur a prælatis in ingreſſu monaſteriorum, ſimiliter etiam a ſubditis. q. 1. nu. 101. pag. 155. Etiam in accipiendis ſuperfluis dotibus. ibidem.

S. Thomas ſanctitatis & ſapientiæ pelagus, dux authoris. q. 1. nu. 4. pag. 8

T.

TEſtandi habens facultatem, poteſt ſecundo & tertio teſtari, contra quorundũ doctiſſimorum uirorum opinionem. q. 3. nu. 22. pag. 236

Teſtari an & quomodo poſſint commendatarij ordinum militarium. q. 3. nu. 28. pag. 247

Teſtari ex priuilegio Papæ quatenus liceat. q. 3. nu. 20. p. 234. Et quòd eius uigore non liceat ſine peccato in uſus prophanos teſtari. n. 21. p. 235

Teſtari non poſſunt de his bonis neque etiam Papa. q. 1. nu. 27. pag. 32

Laus Deo.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

L. GOTSCHER
1973